e Dimittet eos.ſ.filios israel quos nūc fortiter retinet ꝛ violēter ꝛ nō solū dimittet:sed etiā eijciet eos de terra sua: q̄ egyptij de morte p̄riogenitoz territi cogebāt filios isra el exire:vt hī.j.xij.ca. f Qui apparui abraā isaac ꝛ iacob in deo oipotente ꝛ nomē meū adonai nō indicaui eis. q̄ dñs volebat cōsolari moysen vt dictū ē: insinuat ei:q̄ sit ei datur' clarioꝛ sui cognitionē q̄ p̄ius' p̄teritis. Istō tñ varie exponit a doctoribꝰ catholicis ꝛ hebreis. Dicunt igit aliq̄ doctores catholici q̄ hoc nomē adonai significat generale dominiū:ſz aūt p̄ius' p̄cedentibꝰ moysen ostēderit se dñm totī' creature nō tñ ita pfecte sicut moysi p trāmutationē creaturarū vt virge i serpentē:ꝛ ecōuerso:ꝛ fluminis in sanguinē:ꝛ aliꝑ signis mirabilibꝰ in qbꝰ oñditur dominiū dei sup creaturas obedientes ei ad nutū cōtra nāe cursū.sed hoc nō vī sufficiēter dictū:q̄ tpe abrae ostendit silia cōuertendo vxoꝛ loth in statuā salis:ꝛ in destructione ignis cōtra nāz sup sodomā ꝛ gomorꝛa:vt hī Gen.xix.ca. ꝛ in multiplicatōe aquarū.xv.cubitis vltra cacumia montiū tpe diluuij:ꝛ in creatōne mūdi de nihilo q̄ oia notificata fuerūt abrae ab ipo deo. Itē hoc nomē adonai q̄ signi ficat generale dñiū nō ponit hic i hebreo cū dī:Nomen meū magnū rē.sed ibi est nomē dñi Tetragrāmaton. verūtamē q̄ istud nomē apud hebreos tāte sanctitatis reputat q̄ nō debeat notari nisi a sūmo sacerdote: ꝛ solū in bñ dictionibꝰ fiēdis i tēplo:iō loco illi' nois p̄nūciat adonai sicut ſi apud nos hoc nomē de' ꝓpter sui sanctitatē nō eēt licitū notare:ꝛ loco illi' vbicūq̄ inueniret scriptū p̄nūciaret hoc nomē dñs:ꝛ hoc mō translatio nra hic hz hoc nomē adonai loco nois dñi tetragrāmaton.nomē aūt dñi tetragrāmaton nō significat dñiū vt videbit:ꝛ iō p̄dict' modꝰ dicēdi ꝓcedit ex ignoꝛātia idiomatis hebrei: q̄ accipit nomē q̄ ꝓpriū loco illi' q̄ scribit. Sciēdū igit q̄ ad videndū ꝺd dicēdū sit de significatōe nois hebraicoꝛ vī recurrēdū ad doctores hebreos antiq̄s. Dicit eni Ra. Moyses

Universidad de Deusto Biblioteca

loquēs de diuinis noib' q̄ in ve.te.ptinētur ꝙ aliq̄ noīa de deo dicunt p respectū ad creaturas:vt creator:dñs:7 silia. Alia aūt dicūt de deo p modū q̄litatū circa diuinā eēntiā vt sapiēs:bon':oipotēs 7 silia.7 alia p modū q̄titatū:vt i mēsus:icircūscript': 7 p modū aliarū ,ppetatū lȝ transeāt in diuinā sbaȝ q̄tum ad rē significatā : sed nomē dñi tetragrammatō significat diuinā eēntiā purā 7 nudā ,put i se existit circunscripto oi alio: 7 iō ē nomē icōicabile approꝑatū soli deo: q2 significat veritatē diuine eēntie in se. Hoc igit supposito dicit Ra.Sa. hebre' ꝙ h' nomē significat veritatē diuine nāe: ad veritatē aūt ptiet ipletio dicti sui vel ,pmissi: iō dī hic : Nomē meū magnū.s.tetragrāmaton: qd veritatē iportat: Nō idicaui eis.q2 i dieb' eorū nō ipleui ,pmissū qd eis feci de tra chanaan ab eis possidendā:q2 nō hitauerūt i ea nisi tanꝙ pegrini: sed nūc ad hoc te misi:vt ipleā illud ,pmissū:7 sic ostēdā me eē veracē i ,pmissis iplēdis: 7 lr̄a sequēs huic expōni cōcordat q̄ facit mētionē de victo ,pmisso 7 d eductione ppl'i israel de egypto:7 itroductione ipsi' i terrā prib' ,pmissaȝ:vt pȝ lr̄aȝ ituēti. Sȝ ista expō adhuc nō vr̄ sufficiēs:q2 veritas ,put iportat ipletionē diuini ,pmissi nō significat diuinā nāȝ in se:sed magis fm respectū ad creaturā:vn̄ sic accipit ,p fidelitate ad aliū inq̄tū iplet ,pmissū ei factū:7 ista expō nō accipit significationē nois dei tetragrāmaton:,put Ra.Moy.eā exponit.Itē dictū ,pmissum prib' factū de terra chanaan possidēda a filijs israel nō fuit ipletū tpe moysi:q2 illā nō itrauit morte puent':vt patȝ Deu.vlti.7 ideo aliter dicūt alij ꝙ dñs apparēs prib' pcedētib' moysen n̄ noiauit se eis sub noie dñi tetragrāmatō sed hoc pȝ falsū Gen.xv.vbi dñs apparens abrae dixit ei: Ego sū dñs q̄ eduxi te d hur chaldeoꝝ.In hebreo loco h' nois dñs hr̄ nomē dñi tetragrāmatō:,ppter qd aliter dicēdū.Supposita ergo significatōe nois dñi tetragrāmaton predicta:dicendū ꝙ de' idicauit hoc nomē moysi nō solū q̄tū ad vocē sed etiā q̄tū ad significatū qd ē ,ppe indicare nomē aliqd:7 hoc pmo idicauit moysi qn̄ dixit ei:Ego sū q̄ sū.vt dictū ē supra.iij.ca q2 p hoc nomē significat necessitas 7 stabilitas eēndi 7 plenitudo ipsi' eē:q2 p hoc iportatur quoddā pelag' sbe infinitū:vt dicit Dama.7 hoc ē ,ppriū diuine eēntie 7 cōpetit ei circūscripto oi alio:nec significat p modū cuiusdā dispōnis diuine eēntie:sicut sapiētia 7 potentia 7 silia. Secūdo oñdit ei clari' qn̄ in raptu ei cōcessū ē vidē diuinā eēntiā nude 7 clare fȝ ꝙ dicit Aug.xij. sup Gen.7 ad Paulinā in li.de videndo deū.hoc etiā vr̄ p hoc ꝙ dr̄ Nu.xij.d moyse palā 7 nō p enigmata 7 figuras deū videt:neutro aūt predictoꝝ modoꝝ legit de' loquens prib' precedentib' moysen significatū nois dñi tetragrāmaton sic idicasse:sed vsus est noie vel potius significato nois

Pepegiq; fedus cū eis vt darē eis terrā chanaan:terrā pegrinatōis eoꝝ i q̄ fuerunt aduene. Ego audiui gemitū filioꝝ israel quo egyptij oppresserūt eos:|7 rcordat' sū pacti mei: ideo dic filijs israel. Ego dñs q educam vos de ergastulo egyptioꝝ 7 eruā d seruitute:ac redimā i brachio excelso 7 iudicijs magnis: et assumā vos mihi in ppl'm 7 ero vr̄ deus. Et scietis q2 ego sū dñs de' vr̄: q eduxerim vos de ergastulo egyptioꝝ:7 iduxeri vos in trā sup quā leuaui manū meā vt darē eā abraā isaac 7 iacob: daboq; illā possidendā vobis ego dñs. Narrāuit ergo moyses oia filijs israel: q nō acqeuerūt ei:,ppter angustiā spūs 7 opus durissimū. Locutusq; est dñs ad moysen dicēs: Ingredere 7 loq̄re ad pharaonē regem egypti vt dimittat filios israel de terra sua. Rn̄dit moyses corā dñ o Ecce filij israel nō audiunt me:|7 q̄uo audiet pharao ,pserti cū icircūcisus sim labijs:|Locutusq; ē dñs ad moysen 7 aarō|7 dedit mādatuȝ ad filios israel|7 ad pharaonē regē egypti vt educerēt filios israel de tra egypti. Isti sūnt principes domoꝝ per familias suas

iportante respectū ad creaturā:sicut Gen.xlvj.dixit iacob:Ego sum fortissim' de' patris tui. 7 Gen.xvij.dixit abrae:Ego de' oipotens ambula corā me 7c. vnde 7 Gen.xv.qn̄ loquēdo abrae vsus ē noie dñi tetragrāmaton:vt predictū ē:nō tn̄ significatū ,ppriū expressit sed magis per nomē iportās respectuȝ ad creaturā determinauit dicens: Ego dñs q̄ eduxi te de hur chaldeoꝝ. silr nulli eoꝝ ostēdit eēntiam suā clare sicut moysi: 7 iō bene dr̄ hic: Apparui eis in deo omnipotēte.i.indicaui me eis sub noie iportante respectum ad creaturā. Et nomen meum adonai.i. tetragrāmaton: Non indicaui eis sicut moysi modis predictis.
g Ego audiui gēitū filioꝝ 7c.| .i.consideraui afflictionē qua egyptij fecerūt eos gemere. h Et recordatus sū pacti mei.i.ad modū recordātis me habui:q2 obliuio nō cadit i deo nec recordatio:sȝ mod' obliuiscētis fuit in eo anꝙ iuuaret eos:7 mod' recordātis qn̄ icepit eos adiuuare. i Educā vos de ergastulo.Ergastulū loc' est vbi cogūt captiui opari 7 laborare:7 dr̄ ab erge qd est labor 7 stolos qd ē missio:7 ad silitudinē h' loc' vbi filij israel cogebāt laborare i luto 7 latē vocat ergastulū. k Ac redimā i brachio excelso.ac si dicēt nō i pecūia p redēptōne vīa danda sed p signa vtutis mee osiua. l Et iudicijs magnis.i.plagis iusto iudicio meo egyptijs infligēdis. m Et assumā vos mihi i ppl'm 7c. qd factū fuit qn̄ dedit eis legē 7 ipsi receperūt eā. n Et sciet|.p expientiā bnficioꝝ meoꝝ. o Qui edu.vos i terrā sup quā le.ma.meā.i.iuraui. p Ut darē eā abraā.d q̄ iuramēto hr̄ Gen.xxij.vbi dr̄ abrae Per memetipsū iuraui. dicit dñs 7c. q Narrauit. Hic ponit dicte cōsolatōnis diuie relatio cū dr̄: Narrauit ḡ moyses oia.pdicta dñi vba. r Filijs israel.ad eoꝝ cōsolationē. s Qui nō acq̄euerūt ei.hoc nō ē itelligēdū de senib' ppl'i:sȝ de ppl'o cōi q̄ magis attēdebat afflictionē laboris pn̄tis ꝙ vba moysi cōsolātis. t Ecce filij 7c.|Loc' ē a maiore negādo. v Presticū 7c.|incircūcisus labijs ,ppe dr̄ q̄ vbis supfluis vtit: qd n̄ ē credēdū de moyse:sȝ large accipiendo trahit ad designādū quēlibet defectū eloquētie:7 sic dr̄ de moyse ex vocis gracilitate:vt supra dictū ē.iiij.ca. x Locutusq; ē dñs 7c.|vt n̄ desisteret a negocio icepto ex h' ꝙ ppl's isrl' n̄ acq̄escebat eis. y Et dedit eis 7c.|de monēdo 7 cōsolādo eos:q2 bon' plat' nō dȝ talia omittē circa subditos si i pncipio nō audiūt eū.vn̄ dicit Pau. ij.ad Timo.iiij.ca.Predica vbū insta opportune iportune. z Et ad pharaonē regem egypti. cōminando

penas 7 infligēdo si staret i rebelliōe. a Isti sūt pncipes.Hic describit moysi 7 aaron genealogia vt sciret in posterū q̄ 7 q̄les fuerūt:7 ne p idētitatē nois facta sequentia alijs attribuerētur. b Filij rubē.Incepit āt genealogiā istā describere a rubē:tū q2 erat pmogenit' respectu leui : de cui' tribu fuerūt moyses 7 aaron: tū q2 iacob Gen. xlix.capi.dixerat mala de rubē symeō 7 leui: vt pȝ ibidē lr̄am ituēti ideo h describit genealogiaȝ eoꝝ breuiter repetēdo ne viderēt a deo reprobati : nec ,pcessit genealogiȝādo vltra tribū leui: tū q2 de alijs tribub' sequētib' mala nō dixerat saltē talia vel tāta sicut de istis: tū q2 ista genealogiȝatio fit hic ,ppter moysen 7 aaron q̄ erāt de tribu leui:7 ideo ibi stetit 7 nō diffusius genealogiȝauit eā ꝙ precedentes ex eadē causa. c Accepit aūt amrā vxorē io. patr.suā.i.filiam auūculi sui:vt.s. dictū ē.ij.capi. d Accepit aūt aaron vxorē 7c.| que erat de tribu regia:q2 ,ppter dignitatem sacerdotalē trib' regia 7 sacerdotalis fuerūt cōmixte. e At vō eleaçar 7c.|iste fuit ietro:vt dicūt hebrei. f Iste ē aaron 7 moyses.qn̄ ɔbinātur aliqn̄ aaron pponit vt hic:tū rōne pmogenture:tū q2 de' puiderat 7 elegerat eū in summū sacerdotē.Aliqn̄ moyses ecōuerso ppōit tū q2 sibi cōmissū ē pricipl'r educere filios isrl' de egypto:tū q2 vba dñi imediate recipiebat ab eo 7 p aaron tanꝙ p iterptē tradebat ppl'o. g Et ait moyses 7c.| Postꝙ genealogiā moysi 7 aaron iterposuerat: hic redit scripta ad id qd.s.dixerat añ dictā genealogiȝatōeȝ

Filij rūbē primogeniti israelis enoch 7 phallu: esrō 7 charmi. He cognatiōes rubē. Filij symeon:iamuel 7 iamin 7 abod 7 iachin 7 saber 7 saul fili' chananitidis. He ,pgenies symeon Et hec noia filioꝝ leui per cognationes suas: gerson 7 caath 7 merari. Anni āt vite leui fuerūt cētūtrigita septē. Filij gerson: lobni 7 semei p cognationes suas. Filij caath:amram 7 isuar 7 hebrō 7 oçiel. Anni quoq; vite caath cētūtriginta tres. Filij merari: mooli 7 musi. He cognatiōes leui p familias suas. Accēpit āt amram vxorē iochabeth patruelē suā:q̄ pepit ei aaron 7 moysen 7 mariā. Fuerūtq; anni vite amrā cētūtriginta septē. Filij quoq; isuar: chore 7 napheg 7 çechri. Filij quoq; oçiel misael 7 elisaphan 7 sechri. Accēpit aūt aaron vxorē helisabeth filiā amiadab| sororē naasō: q̄ pepit ei nadab 7 abiu 7 eleaçar 7 ithamar. Filij quoq; chore aser 7 helchana 7 abiasab He sunt cognatōes choritarū. At vō eleaçar fili' aaron accepit vxorē de filiabus phutiel|q̄ pepit ei phinees. Hi sūt pncipes familiarū leuiticarū p cognatōnes suas. Iste ē aarō 7 moyses qb' pcepit dñs vt educerēt filios israel de tra egypti p turmas suas. Hi sūt q loquūt ad pharaonē rgē egypti vt educāt filios israel d egypto. Iste ē moyses 7 aaron i die q̄ locut' ē dñs ad moysen i tra egypti. Et locut' ē dñs ad moysen dicēs: Ego dñs. Loquere ad pharaonē regeȝ egypti:omnia que loquor tibi. Et ait moyses coram domino:En incircūcisus| labijs sū: Quō audiet me pharao:

In capi.vj.vbi dr̄ in postilla: Apparui abraā isaac 7 iacob 7c. Additio.j.

Expō postillatoris de hoc qd dr̄: Nomē meū adonai nō idicaui eis.nō vr̄ cōsona rōni: nā ad suā rōnē cōfirmādā assignat duas rōnes min' sufficiētes:q̄rū prima ē ꝙ nomē tetragrāmatō fuit prib' oñsum q̄tū ad vocē tm̄:nō aūt q̄tū ad significatū:Moysi vō nō fuit solū ostēsū q̄tū ad vocē sȝ etiā q̄tū ad significatū:qd vr̄ icōueniēter dictū:nā idicare nomē fm vocē tm̄ 7 nō fm significatū modice seu null' vtilitatis ē:cū noia ad significādū ordināt:7 sic fm eos pres iutiliter cognouissent hoc nomē. Rō aūt secūda quam assignat ad hoc dicēs ꝙ hoc nomē tetragrāmaton fuit oñsū moysi 7 nō prib' ex hoc ꝙ fuit ei concessū videre diuinā eēntiā nude 7 clare nō aūt prib' vr̄ facere ad ,ppositū:tū q2 aliud ē cognoscere nomē ,ppriū dei:7 aliud videre diuinā eēntiā. pōt eni quodlibet illoꝝ sine alio hr̄i:vt pȝ:tū quia moyses qn̄ fuit sibi dictū: Apparui abraam 7c.nondū fuerat sibi cōcessa visio diuine eēntie:nā.j.xxxiij. ca.hoc petebat a deo dicēs: Ostende mihi glām tuā.vn̄ circa h' vr̄ aliter dicēdū. Ad c' declarationē sunt q̄dā premittenda:primū.s.ꝙ fm tho.iij.pte.q.xliij.arti.j.i cor. q.diuinitus concedit hōi miracula facere pncipl'r ad cōfirmandā veritatē quā aliq̄s docet:vt dū aliq̄s fac opa q̄ solus de' possȝ facere credat ei ꝙ ea q̄ facit vel docet sint a deo. vn̄ supra.iiij. ca.Si nō crediderint iq̄t tibi neq; audierit sermonē signi pōris credent vbo signi sequētis. 7 Joh.x. Si mihi nō vultis credē opib' credite. Secūdū q2 lȝ ante tēp' moysi de' fecerit aliqua supnālia.s. nō fȝ cursum cōem nāe: vt de cōuersiōe vxoris loth in statuā salis: 7 i sbuersione sodomoꝝ: 7 h' modi:nunꝙ fuit tamē concessū alicui antiq̄rū ꝙ posset miracula facere in noie diuino:vt crederet ei i dicendis sicut moyses cui hoc fuit cōcessū a deo:vt in hoc ca.7 in q̄plurimis sequētib':vn̄ lȝ sancti priarche cognouissent oipotētiā diuinā:eo ꝙ multa a deo facta supra cursū nāe viderāt visibiliter:vel saltē p fidē cognouerāt de q̄ dicit: Apparui abraā isaac 7 iacob i deo oipotēte.i.nota fuit sibi oipotentia mea:nō tn̄ de' eis notificauit hoc nomē adonai.s. cōcedēdo eis ptātē mirabilia facere i hoc noie sicut moysi. Rō aūt h' ordie talis ē:nā p moysen ex diuia ordinatōe lex dei erat dāda:vn̄ Joh.j. Lex p moysen data ē. Ad c' cōfirmationē oñdit miracula faciēda vt crederet legislatori. vn̄.j. Exo.xiiij. Uiso miraculo facto in mari rubro legit:Uidit israel manū magnā.7 seq̄t:Et crediderūt dño. Sed cōstat ꝙ deo fm significationē h' nois.s.tetragrāmaton pncipl'r ptinet miracula facē:vt pȝ ex dictis i additōe.s.ca.iij. i ar. vij. Silr sub eodē noie ptinet ppl'm sub lege a deo data applicari cultui diuio:vt pȝ i eadē addi.arti.ix.7 iō moysi fuit cōcessū facē miracula mō pdicto nō aūt prib': 7 sic itelligēdū ē qd dr̄: Nomē meū adonai nō idicaui eis.s. cōcedendo eis miracula facē qd ad deū ptinet fȝ significationē h' nois sicut 7 tibi cōcessi.nec etiā icōueniēter dicēt ꝙ nomen tetragrammaton etiam fm vocē nō fuit prib' reuelatum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Q: aūt obijcit a postillatore de hoc qd hr Geñ.xv.vbi dr: Ego sū dñs qui eduxi te de hur chaldeorū.vbi i hebreo loco h⁹ nois dñs:ponit tetragrāmaton:nō valet:nā illa sunt vba moysi scribētis ea q̄ transierūt iter deū ⁊ abraā quem deū moyses cognoscebat sub noie tetragrāmaton: ⁊ iō sic eū noiabat:nō aūt abraā sb noie dei q̄ eū eduxerat de hur chaldeorū. Cōtinuant aūt hec verba.s. Apparui abraā ⁊c. ⁊ nomē meū adonai nō idicaui eis. cū precedētib⁹ ⁊ sequētib⁹ sm hanc expōnē sic: Cōquerebat enī moyses deo de h⁹ ꝙ pharao peius se hēbat circa pplm p⁹ eius missionē q̄ antea:⁊ hoc cū dr in fine pcedētis ca. Ex eo enī q̄ igressus sum ad pharaonē vt loqrer in noie tuo afflixit pplm ⁊c. ad qd de⁹ rñdit: Nūc videbis q̄ facturus sū pharaoni:p manū ei forte dimittet eos. q̄si diceret: Obduratio pharaonis ⁊ ei⁹ rebellio de q̄ tu molestaris erit occasio ꝙ ego nō simplr p viā q̄si nālē sed poti⁹ p potētiā meā potentē miraculoseq; opantē eos educā:intātū ꝙ ipsemet eijciet eos de terra sua q̄propter idicaui tibi nomē meū sub q̄ ptinet ad me miracula facere:qd nō feci prib⁹: q̄ q̄dē eductio miraculose erat a deo intenta:vt sic pplm informaret de potētia ⁊ ꝓuidentia diuia:vt eēnt apti ad hoc vt assumerēt in populū dei: ⁊ hoc ē qd dicit paucis iterpositis in eodē cōtextu:ideo dic filijs israel: Ego dñs q̄ educā vos de ergastulo egyptiorū i brachio extento ⁊ iudicijs magnis:⁊ assumā vos mihi in populū ⁊ ero vr de⁹:scietisq; ꝙ ego sū dñs de⁹ vr. Ex qbus pz ꝙ de⁹ q̄ sm Aug. ē adeo bon⁹ ꝙ etiā ex malis eliciat bona. ex ꝓteruia enī ⁊ obstinatōe pharaonis hoc bonū elicuit.s.vt ex hoc eliceret ꝙ de⁹ magna miracula faciēs ondēt i liberatōe ppli ⁊ ex hoc ppls cognosceret deū: ⁊ assumeret in eius populū:⁊ p hūc modū de⁹ satisfecit qōnib⁹ ipsius moysi. Q: aūt obduratio pharaōis eēt rō vt magna signa diuina fierēt cōtra egyptios ita vt ex hoc seqretur ꝙ ppls israelitic⁹ amplius cognosceret deū pz i multis locis spēalr infra.x.ca.vbi dr: Ingredere ad pharaonē ego enī iduraui cor ei⁹ ⁊ seruorū illius vt faciā signa magna: hec narres in aurib⁹ filij tui ⁊ nepotū tuorū q̄tiēs cōtriueri egyptios ⁊ signa feceri in eis:⁊ sciatis q: ego dñs. ex qb⁹ vbis expsse hr intentū. Qualr aūt dicat de⁹ idurasse cor pharaonis pōt duplr itelligi: vel p subtractionē grē in penā peccatorū pcedentiū: vel sm glo. q: obstinatior fiebat mal⁹ anim⁹ ꝓ eo ꝙ de⁹ patiēter eū sustinebat. In eo.ca.iiij.vbi dr in postilla: Et recordat⁹ sū pacti mei ⁊c. Additio.ij.

Sicut obliuio ⁊ recordatio nō cadūt i deo sic eadē rōne nō vr dicendū ꝙ ista silitudo referat ad effectus a deo ꝓcedentes tm̄.s. ꝙ de⁹ ꝓduxit erga filios israel effect⁹ siles effectib⁹ recordātis ⁊ hoc qñ cepit eos adiuuare postq̄ lōgo tpe eos nō adiuuerat: ⁊ de hoc vide supra Geñ.vj.in addi.iiij. In eo.ca.iiij.vbi dr in postilla: Et icircūcisus sū labijs ⁊c. Additio.iij.

Incircūcisus labijs magis ꝓpe vr dicendus q̄ hz in labijs aliqd ipedimētū corpale:vtputa aliquā carnis supfluitatē ⁊ h⁹ modi:q: ꝓlatio vborū q̄ labijs ꝓferūtur ipedit. vñ sicut.s.ca.iiij. cōqrebat moyses de ipedimēto locutōis ex pte oris ⁊ lingue:nūc etiā addit ex pte labiorū:vt sic oñderet ꝙ organa corporea qb⁹ vba ꝓferūtur erant i eo iepta ad loquendū: ⁊ ex hoc nō erat vir eloquēs vt supra dixit. De vocis aūt gracilitate seu tenuitate nulla fit mētio in lrā:nec oportet fingere:presertī cū in vltia senectute sua legat ꝙ loquebat oib⁹ filijs israel sil⁹: vt pz Deu. j.⁊.xxxj. qd nō posset esse cū tenuitate vocis.

Replica correctorij cōtra Bur.rabulā.

In capi.vj. postillator exponēs illū passū: Et nomē meū magnū.i.tetragrāmaton nō idicaui eis. dicit inter cetera ꝙ illud nomē tetragrammaton idicauit abrae probās p illud Geñ.xv. Ego dñs q̄ eduxi te de hur chaldeorū. ⁊ p alios tex. sed vt ostēdat postillator veritatē pñtis passus dicit ꝙ q̄uis [illegible] indicauit prib⁹ ante moysen hoc nomē: nō tamē sm ei⁹ significatū ꝓpriū sic moysi Illud bene dictū egreferēs Bur. dicit irrōnabile volēs ꝙ abrae nomē tetragrāmatō nō sit reuelatū dicēs illud Geñ. allegatū esse vbū moysi scribētis:nō dei loquētis sed si Bur. fuisset memor dictorū suorū in additiōe penul. Geñ. vlti. ca. non iprobaret hic cōclusionem postillatoris. nitebat enī ibi oñdē ꝙ abrae facte sunt plures reuelatōnes q̄ prib⁹ posterioribus allegās ad hoc illud Geñ. xviij. Nū celare potero abrae q̄ gesturus sū:habuit enī ibi pro icōuenienti ꝙ iacob i illustrationib⁹ supra abraā abūdasset. Quid mirū igit si de⁹ nomē tetragrāmaton abrae reuelasset sm suā cōclusionē ibi intentā ⁊ hic pro icōuenienti reputatam. Sed ⁊ nota ꝙ Bur. postillatorē male reportauit q̄si voluisset talē rōnē dr̄e iter reuelationē abrae ⁊ moysi ꝙ abrae reuelatū eēt solū nomē nō significatū nois q: hoc postillator nō dicit vt pz intuēti scripta sua: nec postillator dicit qd pro secūda rōne eidē iponit: nec vr iutile queādmodū Bur. arguit primū aliquē instrui i noie ⁊ post in nois q̄dditate: imo ē ver⁹ ordo docendi nec absonū ꝙ vn⁹ doceat cognoscere herbas ⁊ lapides preciosos:⁊ alter cū tali cognitōe doceat cognoscere vires earūdē. nec bñ soluit Bur. motiuū postillatoris dicēs tetragrāmaton a moyse ibi scriptū: nō a deo dictū nā si moyses vere refert vbū ⁊ factū dñi hr ꝓpositum si aūt abrae nomē tetragrāmaton nō expressit false refert moyses ⁊ scribit: qd nō ē dicendū. vñ Bur. aliter exponēdo iuoluit se supra correctis.iij.ca.h⁹ qūo sub noie illo fiūt mirabilia ⁊c. que q̄ vera sint ⁊ vtilia pz ibidem. In eo.capi. cū postillator defectū eloquētie moysi exponeret vocis gracilitatē: Bur. extra lrām fingit fuisse aliquā carnis supfluitatē in labijs moysi excrescentē qd vr fictū: nec valet argumētū ei⁹ ꝯ postillatorē factū ex eo qd dr Deu.j.⁊.xxxj. Qūo moyses locutus ē corā oi multitudine: vnde dicit postillatorē gracilitatē vocis finxisse: nā reuera docentib⁹ sepe dat deus grāz ⁊ donū ligue qd nā negauit: iuxta illud: Aperi os tuū ⁊ iplebo illud. psal. lxxx. et iterū: Dñs dabit verbū euāgelicantib⁹. ⁊.s. dr: Loquentē ⁊ mutū q̄s fecit: nōne ego: Potuit igit moyses loq vniuerso pplo itelligibilit gracilitate vocis nō obstante: nec illa gracilitas ficta ē put dicit Bur. q: ponitur in glosa iterlineari sup vba ipeditionis lingue.s.iiij.ca.ponit etiā hoc disputatiue p beatū Aug. in glo. margi.

Capi. VII.

Dixitq; dominus ad moysen: Ecce constitui te deum pharaonis:

Dixitq; dñs. Postq̄ moyses ⁊ aaron monuerūt pharaonē vbis: hic ꝯñter describit eiusdē monitio in mirabilib⁹ signis:⁊ pmo describitur h⁹ monitionis ipositio:⁊ secūdo executio ibi: Ingressi itaq;. Circa primū dr sic: b Ecce constitui te deū pharaonis. non dicit deū absolute: sed pharaonis: quia deitas nō est cōicabilis creature: tamē aliqua similitudo ⁊ pticipatio ipsius bene cōicatur ei: sicut dr. lxxxj. ps. Ego dixi dij estis. quod exponens saluator Joh. x. dixit: Illos ad quos factus est sermo dei dixit deos. ⁊ eodē mō infra. xxij. ca. applicabitur ad deos.i. ad iudices. ⁊ hoc modo moyses dictus ē hic deus pharaonis.i. potens sup eū in plagis dei virtute ⁊ eius iudicio infligendis. Sciendū tamē ꝙ in hebreo hr: Cōstitui te eloym pharaonis. quod nomē sm ꝓpetatem hebrei sermonis est pluralis numeri: sicut patet in duabus auctoritatibus

pallegatis in quib⁹ ponitur hoc nomē eloym: sicut hic ⁊ transfertur in plurali numero: ⁊ ideo [illegible]anslatio nr̄a esset magis ꝓpria si hēret sic: Ego constitui te deos pharaonis.i. tantū timēdū ⁊ amplius q̄ illos q̄s colit tanq̄ deos: quia nō poterāt eū sic affligere sicut moyses. hoc aūt dixit dñs moysi vt eēt cōstans corā pharaone. c Et aaron fr̄ tu⁹ erit ꝓpha tu⁹ ꝓpheta aliqñ accipit ꝓpe ⁊ ad h⁹ reqrit ꝙ hēat reuelationē a deo: vñ dr pmo Re.ix.capi. Qui hodie dr ꝓpheta olim appellabat vidēs Aliqñ accipitur large pro eo qui verba dei denunciat vel exponit: lz ea nō habeat a deo imediate: ⁊ talis magis ꝓpe dr interpres vl̄ ꝓlocutor: ⁊ h⁹ mō dr hic aaron propheta: ad qd designandū dr: Propheta tuus. ⁊ nō dr ꝓpheta dñi. Hoc aūt dictū ē moysi q: dixerat se excusando: En incircūcisus labijs sum. Sciendū tamē ꝙ lz aaron nō dicat ꝓprie ꝓpheta ex isto loco: aliūde tamē pōt dici: quia habuit reuelationē a deo imediate: vt dictum est supra.iiij.capi. d Sed ego idurabo cor eius. qualiter aūt de⁹ sit causa idurationis dictū est supra.iiij.ca. e Et multiplicabo signa ⁊ ostenta.i. ostensiōe digna ꝓpter magnitudinē ⁊ multitudinē ipsorū. f Et sciēt egyptij. per expientiā plagarū q̄s infligā eis. g Erat aūt moyses. lxxx. ānorū: ⁊ aaron. lxxxiij. ⁊c. Hoc dr ad ostendendū ꝙ nō mouebātur ex passione iuuenili: sed ex magna maturitate. h Cūq; dixerit vobis pharao ostendite signa. diuine virtutis declaratiua: q: alir reputaret eos mēdaces nisi de sua legatione possent signa ostendere. i Dices ad aaron. hoc aūt factum ē q: moyses diu fuerat abñs de egypto: ideo credē poterant egyptij ꝙ tunc fuisset imbut⁹ magicis artib⁹: ⁊ iō si manu sua proiecisset virgā que versa ē in colubrum potuissent hoc iputasse magicis artib⁹: sed aaron in iuuentute mā̄serat in egypto vbi artes magicas addiscē nō potuisset nisi de volūtate ⁊ scitu egyptiorū: ⁊ iō non poterant eū ita suspectū hēe. k Tolle virgā tuam. ista virga aliqñ dr virga dei: quia de precepto dei fuit apportata in egypto: ⁊ q: i ea fiebāt signa virtutis dei ostensiua. Aliqñ dr virga moysi: tū q: eā tenebat moyses qñ dñs apparuit ei in rubo: tū q: moyses in ea fecit multa signa. Dicitur etiā aliqñ virga aaron: vt hic pz: quia in ea per manū aaron facta sunt signa aliqua. l Ingressi itaq;. Hic ponitur dicte monitionis executio: cū dicitur: Ingressi itaq;. cōstāter ad exequēdū dei mādatū. m Tulitq; aaron virgā corā pharaōe ⁊c vt viderēt manifeste ꝙ non erat factū moysi: cui artem magicā iponebant. n Que versa est in colubrū. nō sm apparentiā tm̄ sicut virge magorū vt dicetur infra: sed sm veritatem. cōuersio enī virge aaron que facta ē ad declarationē diuie vtutis debuit eē dissilis ꝯuersioni virgarū iporū magorū: nō solū q̄tum ad virtutem faciētem sed etiā q̄tū ad rei facte veritatē. o Uocauit aūt pharao sapientes.i. phōs quia qui mō dicūtur phi antiquit⁹ sapientes vocabāt. Pythagoras enī prim⁹ fecit hāc nois mutationē cū enī arrogātissimū sibi videret ꝙ se dicēt sapiētem inquisit⁹ de sua cōditione nō rñdit se esse sapientem: sed phm.i. sapientie amatorē. p Et maleficos.i. magicis artibus ibutos. q Et fecerūt etiā ipsi p icātationes egyptiacas. lz fecerūt virtute demonū vocātur tamē egyptiace: tū quia in egypto docebātur: tū quia egyptij talibus vtebātur. r Et archana quedā. tum quia tales icātatōes in silētio ꝓferūt: tum q: effectus earū ex vtute occulta ꝓcedūt.

Et aaron fr̄ tu⁹ erit ꝓpheta tu⁹. Tu loqris ei oia q̄ mādo tibi: ⁊ ille loqt̄ ad pharaonē: vt dimittat filios isr̄l de terra sua. Sed ego idurabo cor ei⁹: et multiplicabo signa ⁊ ostēta mea i tra egypti ⁊ ñ audiet vos. Immittāq; manū meā super egyptū: ⁊ educā exercitū ⁊ populū meū filios israel de tra egypti: p iudicia maxima. Et scient egyptij: q: ego sū dñs q extēderi manū meā sup egyptū: ⁊ eduxeri filios israel de medio eorū. Fecit itaq; moyses ⁊ aaron sicut pcepat dñs: ita egerunt. Erāt aūt moyses octogita annorū ⁊ aarō octagintatriū qñ locuti sunt ad pharaonē. Dixitq; dñs ad moysen ⁊ aaron. Cum dixerit vobis pharao: ostēdite signa: dicēs ad aaron Tolle virgā tuā ⁊ ꝓijce eā corā pharaone: ac vtat in colubrū. Ingressi itaq; moyses ⁊ aarō ad pharaonē: fecerūt sicut precepat dñs. Tulitq; aaron vgā coram pharaone ⁊ seruis ei⁹: que vsa ē i colubrū. Uocauit āt pharao sapiētes et maleficos: et fecerūt etiā ipsi p incātatōes egyptiacas: et archana q̄dam silr. Proiecerūtq; singuli vgas suas: q̄ vse sūt in dracones: Sz deuorauit vga aarō vgas eorū. Induratūq; ē cor pharaonis ⁊ non audiuit eos

isti aūt talia facientes fuerūt Jamnes ⁊ Mābres: vt dicit aplus.ij. ad Timo.iij.ca. Sicut iamnes ⁊ mambres restiterunt moysi ⁊c. s Proiecerūtq; singuli virgas suas. que verse fuerūt in dracones. nō sm veritatē sed sm apparentiā tm̄ vt videbit. t Sed deuorauit virga aaron vgas eorū. ⁊ illud fuit secundū signū: Dicūt aūt doctores catholici ꝙ ista deuoratio fuit anteq̄ vga aaron rediret ad nāz virge: q: virge nō cōpetit deuorare sed magis serpenti vocatur tñ virga lz tūc eēt serpens: q: prior ei⁹ nā erat vga ⁊ q: serpens ille erat reducēdus ad nāz virge. Hebrei autē magis initentes lr̄e dicūt ꝙ fuit postq̄ illa redierat ad nāz virge: q: dr sic in textu: Deuorauit virga aaron ⁊c. Certū ē aūt ꝙ vtroq; mō potuit fieri q: illud fuit factū diuia vtute que pōt indifferēter qdlibet corpus maxie corruptibile i aliud cōuertere: lz dubitent aliq̄ de corpe celesti dicentes ꝙ nō pōt etiā diuina vtute in corpus corruptibile conuerti: hoc tamē discutere nō ē pñtis negocij. Q: aūt dr ꝙ deuoratio virge nō cōpetit: verū ē ꝓpe loquendo: q: deuorare ptinet ad vim nutritiuā: tñ silitudinarie ⁊ large loquendo cōuenit rei inaiate: sicut dr ꝙ ignis deuorat ligna: ⁊ hoc mō potuit dici de virga aaron si aliqd fuit cōuersum in ipsaz postq̄ redierat ad nāz virge sm dictū hebreorū: primus tñ modus dicendi vr ꝓbabilior. v Induratūq; ē cor pharaonis. q: iputauit factū illud artib⁹ magicis. Ad maiorē itellectū predictorū querit vtrū vtute demonū q̄ magi vtūt potuit fieri cōuersio virgarū in dracones. ⁊ vr ꝙ nō: q: aut hoc eēt sm veritatē aut sm apparentiā tm̄: nō primo mō q: mā corpalis nō subest vtuti demonis q̄tū ad trāsmutationē ipsius ad formā: sm ꝙ dicit Aug.iij. de trini. dicens Nō ē putandū istis transgressorib⁹ angelis ad nutū seruire hanc visibiliū rerū māz: sed soli deo. Nec secūdo mō: quia

sensus nãliter ⁊ ordinẽ nature imutatur a sensibilib⁹: sed demon vel angelus nõ põt ꝓpa virtute nature ordinẽ immutare q: tũc posset facere vera miracula: qd ẽ falsum: ergo ⁊c. Rñdeo virtute demonũ nõ potuerũt cõuerti virge in dracones s̃m veritatem. Cui⁹ rõ ẽ q: in cõpositis ex mã ⁊ forma mã nõ fit p se nec forma s; totuz cõpositũ ⁊ ideo totũ transmutat̃ i totũ: vt ex toto aere fit totus ignis: qñ aer cõuertit̃ in ignẽ: vt dĩ in li. de generatõe. effect⁹ aũt assĩlat̃ agenti ⁊ i ipso p̃existit saltẽ v̾tualit̃ ⁊ iõ cõpositũ ex mã ⁊ forma nãli nõ põt ꝓduci nisi ab agente cõposito ex mã ⁊ forma: vel nisi hẽat totũ cõpositũ in v̾tute sua. angel⁹ aũt est forma simplex nõ hñs mãz p̃tẽ sui: nec etiaz hz eã in v̾tute sua: s; solus de⁹ põt eã ꝓducere: ⁊ ideo in virtute demonis nõ põt aliqd cõpositũ ex mã ⁊ forma ꝓduci lz in eo remãserint nãlia integra. cõuersio aũt v̾ge in serpentẽ icludit cõpositum ex mã ⁊ forma nãli ꝓductõne ĝ ⁊c. Potuit tñ cõuersio fieri s̃m apparẽtiã: q: lz mã corpal̃ nõ subijciat̃ virtuti angelice q̃tũ ad trãsmutationẽ p̃dictã subijcit̃ tñ ei q̃tũ ad motũ localẽ vt ab oib⁹ cõcedit̃: ⁊ ideo demones ꝓpa virtute dimissi potuerũt v̾gas a magis ꝓiectas p motũ localẽ ipceptibiliter sensui hũano tollere ⁊ loco earũ serpẽtes aliũde apportatos vel ibidẽ generatos nõ virtute demonis sed agẽtis nãlis: sicut dicet̃ infra supponẽ. Uidem⁹ eni ꝙ aliq̃ mimi p subtilitatẽ manuũ ⁊ localẽ motũ aliq̃ sic transmutant ꝙ hoies nõ pcipiũt: ⁊ multo forti⁹ demones q̃rũ subtilitas ⁊ celeritas in motu locali maior ẽ q̃si icõpabiliter hoc pñt ⁊ multa maiora. Itẽ q: abeũtib⁹ sensibilib⁹ remanẽt fantasie ⁊ imaginatões: vt dĩ. ij. de aia inde ẽ ꝙ ex motu locali formarũ sensibiliũ remanẽtiũ in v̾tute fantastica cũ hũorib⁹ in q̃b⁹ sũt vt i subiecto apparẽt aliq̃ q̃ nõ sũt. vñ dicit phs li. de som. ⁊ vigi. ꝙ descendente plurimo sanguie ad principiũ sensitiuũ sil̃ descẽdũt forme imaginate: ⁊ sic videtur aliq̃ q̃ nõ sũt: sicut accidit somniãtib⁹: ⁊ isto mõ pñt demones cõmouere hũores interioꝝ sẽsuũ ⁊ exterioꝝ: ⁊ sic pñt ad organa sensuũ aliq̃s formas reducere ac si venirẽt ab extra: nõ solũ in dormiẽtib⁹ s; etiã vigilãtib⁹: ⁊ sic vident̃ eis aliq̃ eẽ extra q̃ tñ nõ sunt: ⁊ hoc mõ poterant facere ꝙ viderẽt virge cõuerse in dracones: ⁊ tñ de hoc nihil eẽt extra s̃m veritatẽ. Tertiũ aũt modũ addũt aliq̃ dicẽtes ꝙ demones p motũ localẽ pñt applicare actiua nãlia passiuis ⁊ sic sequẽtur effect⁹ nãles sicut applicatis lignis ad ignẽ p manũ hois generatur ignis in mã lignoꝝ: illa tñ generatio est ab igne sicut ab agente ꝓpo: ab applicãte ligna misterialiter tñ: sed lz hoc sit verũ tamen hoc nõ hz locũ in ꝓposito: q: lz ex virgis possent generari serpẽtes p agẽs nãle hoc tamẽ esset p multas trãsmutatões ⁊ lõgo tpe ⁊ nõ ita subito: poterant tñ demones mãz exñtẽ in ꝓpinq̃ dispõne ad formã serpentis supponere ꝓpo actiuo ⁊ sic cito generaretur ⁊ in loco virgarũ p demones supponeret̃. ex predictis pz ad illud qd obijciebat̃: q: p modos predictos demones nõ transmutant mãz ad formã nãlẽ: nec mutant nature ordinẽ.

sicut p̃cepat dñs. Dixit aũtẽ dñs ad moysen: Ingrãuatũ ẽ cor pharaonis ⁊ nõ vult dimittẽ pplm̃. Uade ad eũ mane. Eccẽ egredietur ad aq̃s: ẽt stabis in occursũ ei⁹ supẽr ripã flumis ⁊ v̾ga q̃ cõuersa ẽ in draconẽ: tolles i manu tua: dicesqz ad eũ: Dñs de⁹ hebreorũ misit me ad te dicẽs: Dimitte pplm meũ vt sacrificet mihi in deserto: ⁊ vsqz ad presens audire noluisti. Hec igit̃ dicit dñs: In hõc scies ꝙ sim dñs. Eccẽ pcutiã v̾ga q̃ in manu mea ẽ aquã flumis ⁊ v̾tet̃ i sanguinẽ. Pisces quoqz q̃ sunt i fluuio morient̃: ⁊ cõputrescẽt aq̃: ⁊ affligẽt̃ egyptij bibẽtes aquã flumis. Dixit quoqz dñs ad moysen: dic ad aaron: Tolle v̾gã tuã ⁊ extende manũ tuã sup aq̃s egypti ⁊ sup fluuios eoꝝ ⁊ riuos ⁊ paludes ⁊ oẽs lac⁹ aq̃rũ vt v̾tãt̃ i sãguinẽ: ⁊ sit cruor i oi terra egypti: tã i ligneis vasis q̃z in saxeis. Fecerũtqz moyses ⁊ aarõ sicut p̃cepat dñs. Et eleuãs v̾gã pcussit aquã fluminis corã pharaõe ⁊ seruis ei⁹] q̃ue v̾sa ẽ i sãguinẽ: ẽt pisces q̃ erãt i flumie mortui sunt. Cõpũtruitqz fluui⁹ ⁊ non poterãt egyptij bibẽ aquã flumis: ⁊ fuit sanguis i tota t̃ra egypti. Fecerũtqz sil̃r malefici egyptioꝝ icãtatõnib⁹ suis: ⁊ iduratũ est cor

a Dixit aũt dñs ad moysen. Premissa regis monitione: h ꝯñter describitur iflictio pene: ⁊ diuidit̃ in decẽ ptes s̃m numerũ decẽ plagarũ egyptijs inflictaꝝ. ptes patebũt ꝓsequẽdo: Cõsiderãdũ etiaz ꝙ Sap. v. ca. dĩ: Armabit creaturã ad vltionẽ inimicoꝝ. ⁊ iõ iste plage iflicte sũt a deo misterio q̃si ois generis creaturarum. s. q̃tuor elemẽtoꝝ: corpm celestiũ: hominũ ⁊ angeloꝝ: vt patebit ꝓsequendo. Due aũt p̃me sce sunt in elemento aque: ⁊ q̃tũ ad p̃mã p̃mittit̃ cõminatio: ⁊ subditur iflictio: ibi Dixit q̃qz dñs. Circa p̃mũ dĩ sic: b Ingrauatũ ẽ cor pharaõis. ac si dicat̃ exq̃ cõtẽpsit monitionẽ procedẽdũ ẽ ad pene inflictões. c Uade ad eũ mane. q: illa hora hoies sũt magis dispositi ad accipiendũ ea q̃ rõnabiliter dicũtur vt sic minus sit excusabilis pharao mãdatũ meũ repellẽdo. d Ecce egrediet̃ ad aquas. In egressu aũt de domo regia poterat magis hñi accessus ad regẽ. e Et stabis i occursũ ei⁹. cõstant̃ ⁊ itrepide. f Sup ripã flumis. q: pena infligẽda erat p flumẽ. g In hoc scies ꝙ dñs sũ. p experientiã pene inflicte a me. h Ecce pcutiã virga ⁊c. Inõ dixit pcutiã manu mea. q: illa pcussio facta fuit p manũ aaron sicut pz infra cũ dĩ: Dic ad aaron tolle virgã tuã. Cã aũt q̃re factũ ẽ illud p manũ aarõ supra dicta ẽ: q: nõ poterat sic hñi suspect⁹ de arte magica ab egyptijs sicut moyses. Aliã causã assignant iudei dicẽtes ꝙ q: moyses fuit saluat⁹ ⁊ extract⁹ de flumine: ⁊ ideo nõ debuit manu ꝓpa pcutere flumẽ cõuertẽdo in sanguinẽ. i Percussit aquã flumis ⁊c.] vt viderẽt ꝙ pena eẽt a deo inflicta eo mõ q̃ fuerat predicta. k Que v̾sa ẽ in sanguinẽ. ⁊ sic pena corrñdet culpe q̃ pueros extinxerat i flumie. aĩa eni ois carnis in sanguie ẽ: vt dĩ Leui. xvij. l Et pisces q̃ erãt i flu. mor. sunt. q: nõ pñt viuere in sanguie. m Cõputruitqz fluui⁹ fetor eni intolerabilis exalabat ide ꝓpter mortẽ pisciũ. n Fecerũtqz sil̃r malefici. Sz q̃rit̃ vñ habuerũt aquã cõuertẽdo i sanguinẽ: dicũt hebrei ꝙ nõ oẽs aque egypti fuerũt cõuerse in sanguinẽ: sed sola aqua flumis ⁊ q̃ ide manabat ad riuos ⁊ paludes ⁊ q̃ ide hausta fuerat in vasis: p̃ter hãc aũt erant aliq̃ aque fontiũ in egypto q̃ nõ erant ꝯuerse in sanguinẽ: ⁊ ide fuit apportata magis: sed hoc vĩ ꝯriari textui precedẽti: vbi dĩ: Extende

manũ tuã sup aquas egypti ⁊c. Ex q̃ vĩ ꝙ ois aq̃ egypti cõuersa fuit in sanguinẽ. Itẽ infra dĩ: Foderũt egyptij p circuitũ flumis aquã vt biberẽt nõ iueniebant tñ nisi sanguinẽ: vt dicit Ioseph⁹. Si aũt hũissent fontes aquas potabiles nõ ẽ verisile ꝙ fodissent iuxta fluuiũ i sanguinẽ cõuersũ. Doctores aũt nři cõit̃ dicunt ꝙ fuerit apportata de terra Gessen: vbi habitabãt filij israel: ⁊ ꝙ p̃dicta plaga nõ fuit ibi: sed hoc est ꝯ hoc qd dicit hic ioseph⁹ ꝙ ille fluuius ita ibi cõuersus fuit i sãguinẽ sic alibi: ⁊ hoc vĩ veꝝ: q: aliter egyptij q̃ cũ hebreis manebãt i terra gessen nõ fuissent afflicti illa plaga: Q̃ aũt egyptij manerẽt cũ hebreis vĩ ex hoc qd dĩ. j. xij. c. Q̃ acceperũt vasa aurea ⁊ argẽtea mutuo a vicis. erat tñ potabil̃ filijs israel: q: stati cũ hauriebãt reuertebat̃ ad nãz ꝓpriã: ⁊ iõ meli⁹ vĩ dicẽdũ ꝙ misterio demonũ fuit apportata ipsis magis de terra q̃ ẽ extra terrã egypti qd pñt facere mira celeritate. o Impletiqz sunt septẽ dies. q̃b⁹ durauit plaga illa anteq̃ fluui⁹ ad nãm ꝓpriã reuerteret̃.

pharaõis: nec audiuit eos sicut p̃cepat dñs. Auertitqz se ⁊ igressus ẽ domũ suam nec apposuit cor etiã hac vice. Foderũt aũt oẽs egyptij p circuitũ flumis aquã vt biberẽt. Nõ eni poterãt bibere aquã fluminis. Implẽtiqz sũt septẽ dies p⁹ q̃z pcussit dñs fluuium.

In capi. vij. vbi dĩ in postilla Dices ad aaron. Additio. j.

Ratio quã assignat postillator ad hoc ꝙ in h⁹ signo. s. virge verse in colubrũ aaron ꝓiecit v̾gã ⁊ nõ moyses nõ vĩ sufficiẽs: tũ q: lz de moyse ꝓbabilius suspicaret̃ ꝙ eẽt artib⁹ magicis ibut⁹ q̃ de aaron: nihilomin⁹ poterãt suspicari ꝙ moyses istruxisset ipsũ aaron de ipsa eiectione p artẽ magicã quã sic diceretur nouisse: tũ q: i alijs plagis legit̃ ꝙ moyses extẽdit virgã ⁊ nõ aaron: vt pz in septia plaga. s. de grandine. j. ix. c. qd nõ debuisset facere moyses s; aaron si p̃dicta rõ postillatoris valeret. Sz circa hoc vĩ q̃dã p̃dictoꝝ series attendenda. Pro q̃ sciendũ ꝙ tãta huilitas erat moysi ꝙ nõ poterat sentire ꝙ ipse eẽt idone⁹ nũci⁹ ad istã liberationẽ. vñ de hoc nũq̃ p̃buit assensũ assignãs defectũ sue eloquẽtie donec de⁹ assignauit sibi aaron frẽm suũ in sociũ: sic vt aaron loq̃ret̃ pplõ nõ aũt moyses: vt pz s. iiij. c. cõsequẽter tñ de⁹ mãdauit ipsi moysi ꝙ loq̃ret̃ filijs israel certificãdo eos de redẽptione sua: qd nõ fecẽ sine iterpositõe ipsi⁹ aaron: c⁹ moysi dictis non crediderũt ex angustia spũs: vt. s. vj. capi. Cõsequẽter aũt i eodẽ de⁹ mãdauit moysi ꝙ loqueret̃ pharaoni ꝯ hac mã qui rñdit more solito se excusando: Ecce filij israel nõ audierũt me: ⁊ q̃uo audiet me pharao ⁊c. arguẽs a fortiori: ⁊ tũc de⁹ cõmisit illã liberationẽ moysi ⁊ aarõ sil̃ vt patebit ibidẽ. Circa qd itroduxit genealogiã v̾iusqz q̃si diceret ꝙ aaron eẽt eq̃lis ipsi moysi i hoc officio explẽdo: ⁊ hoc vt moyses nõ excusaret se: s; magis aiaret̃ ad acceptandũ: vñ genealogia expleta stati subdit: Iste ẽ aaron ⁊ moyses q̃b⁹ de⁹ p̃cepit vt educerẽt filios israel de terra egypti ⁊c. ⁊ q: ꝯñter in fine isti⁹ septimi dñs ad moysen singl̃r loquẽs ait: Loquẽ ad pharaonẽ regẽ egypti oia q̃ loq̃r tibi. nõ faciẽdo mẽtionẽ de aarõ: statim moyses allegat defectũ suũ sicut. s. vñ dicit moyses corã dño: En icircũcisus labijs sũ: q̃uo audiet me pharao: q. d. q̃uo mittis me sine socio predicto cũ si ihabil̃ ad qd de⁹ q̃ huilia respicit ⁊ huilib⁹ dat grãm cõtinue declarauit ꝙ illa huilitas moysi merebat̃ exaltari. vñ seq̃t̃ in p̃n. vij. c. Ecce cõstitui te deũ pharaonis: ⁊ aaron fr̃ tu⁹ erit ꝓpheta tu⁹. q. d. nõ p̃termitto aarõ eo ꝙ nollẽ cũ mittere tecũ: s; volo ꝙ in altiori gradu sis. vñ sicut ꝓphete annũciãt v̾ba dei hoib⁹ q̃ deũ nõ pñt vel nõ merẽt̃ audire: vt in glo. sicut cõstitui te deũ pharaonis. s. ꝙ pharao cõiter ñ audiat v̾ba tua s; ipsi⁹ aaron iterpretis seu ꝓphete tui: vñ seq̃t̃: Tu loquẽ oia q̃ mando tibi: ille. s. aaron loq̃t̃ ad pharaonẽ. ⁊ eadẽ rõne. j. eo. ca. dicit: Cũ dixerit vobis pharao oñdite nobis signa. dicẽs ad aarõ: Tolle virgã tuã ⁊c. hoc ẽ dicẽ: tu mãdabis aaron nõ solũ v̾ba q̃ dictur⁹ sũ s; signa q̃ etiã sũt fiẽda fiẽt p eũ sicut p ꝓphaz fiũt miracula a deo ordinata. Et nota ꝙ ex predicto ꝓcessu iter deũ ⁊ moysen hñtur duo: p̃mũ magna huilitas ipsi⁹ moysi q̃ maxie ptiet ad illũ q̃ dĩ eẽ rector ppl̃i: iuxta illõ Matth. xx. Quicũqz voluerit iter vos maior fieri sit vĩ mister. Secũdũ v̾o ẽ ꝓuidentia diuia q̃ cõiter exaltat humiles.

In eo. ca. vij. vbi dĩ i postilla: Ad maiorẽ itellectũ p̃dictoꝝ q̃rit̃ vtrũ v̾tute demonũ. Additio. ij.

Nullus illoꝝ modoꝝ q̃s postillator assignat cõsonat l̃re: nã si magi pharaonis serpẽtes aliũde v̾tute demonũ apportauerũt: vel ibidẽ generatos nõ ex v̾gis: sed ex alijs reb⁹ supposuerũt tũc virge eoꝝ nõ fuerũt v̾se i dracones qd tñ l̃ra ꝓtestat̃ dicẽs: Proiecerũtqz singuli virgas suas q̃ verse sũt i dracones. sil̃r si illi serpẽtes erant tñ s̃m apparentiã ⁊ nõ s̃m rẽ nõ ẽ verũ ꝙ virge fuerũt v̾se in serpẽtes. vñ meli⁹ vĩ dicẽdũ ꝙ demones deo pmittẽte subito talia seminalia rerũ adhibuerũt p q̃ v̾ge sine multis trãsmutationib⁹ ⁊ sine tpis mora pceptibili v̾terẽt̃ i dracones ⁊ hoc v̾tute nãli taliũ semialiũ rerũ a q̃b⁹ talis ꝯuersio sic ab agẽte ꝓpo creat̃: a demone tñ applicatiue ⁊ misterialit̃ tñ: ⁊ sic ẽ verũ qd l̃ra sõat. s. ꝙ ꝓiecte v̾ge sigl̃oꝝ. s. magoꝝ v̾se sũt i dracões. Si ãt dicat̃ ꝙ nõ repit̃ i creaturis aliq̃ v̾t⁹ nãl̃ q̃ virgã cõuertat i serpentẽ sine multis trãsmutatõib⁹ itermedijs q̃ req̃rũt magnã morã tpis. Ad hoc dicẽdũ s̃m sanctũ tho. i. j. pte. q. cx. arti. v. l. i rñsiõe ad. ij. arg. ꝙ nõ ois v̾t⁹ nature create ẽ nobis nota: ⁊ iõ cũ aliq̃d fit p̃ter ordinẽ nãe create nobis note sicut i hoc loco mõ p̃dicto miraculũ posset dici nõ simpl̃r cũ nõ sit cõtra ordinẽ toti⁹ nãe create nobis note: s; q̃ ad nos q̃ h⁹modi v̾tutes in elemẽtis mũdi latentes ignoram⁹: ⁊ hoc vĩ sentire Aug. q̃ i hoc loco i glo. sic dicit ꝙ demones dũ p icãtationes eoꝝ malefici aliq̃d efficere conãt̃ discurrũt p mũdũ ⁊ subito eoꝝ semia de q̃b⁹ hoc agit̃ afferũt: sicqz ex illis pmittẽte deo nouas rerũ spẽs ꝓducũt. hec ille. Si aũt ꝯ predicta dicat̃ ꝙ ex hoc tolleret̃ efficacia miraculoꝝ ad veritatẽ fidei cõfirmãdã: qd ẽ ꝯtra Marci vl. Dño coopãte ⁊ sermonẽ cõfirmãte sequẽtib⁹ signis: nã illa q̃ p demones fiũt p̃t nãz nobis notã sic sũt miracula q̃ ad nos sicut illa q̃ fiũt v̾tute diuia. Ad hoc dicendũ s̃m Aug. i li. lxxxiij. qõ. ꝙ cũ talia faciũt magi q̃lia sci: diuerso tñ fine ⁊ diuerso iure fiũt. isti eni faciũt q̃rẽtes gloriã suã: illi v̾o q̃rẽtes glãz dei. Sil̃r isti faciũt p q̃dã p̃uata cõmercia: illi aũt publica admĩstratõe ⁊ iussu dei cui cũcta creatura subiecta ẽ: ⁊ de hac mã vide in p̃ma. p. q. cxiiij.

In eo. ca. vij. vbi dĩ i postilla: Dic ad aarõ Additio. iij.

Hec rõ quã assignat postillator ad h⁹ ꝙ hec pcussio fuit fcã p manũ aarõ ⁊ ñ p manũ moysi fuit iprobata. s. i addi. j. h⁹ ca. vbi fuit alia rõ q̃ vior vĩ assignata: vide ibi. Alia v̾o rõ q̃ assignat̃ a iudeis. s. eo ꝙ moyses fuit saluat⁹ de fluie nulla ẽ: nã tertia plaga fuit etiã facta p aarõ ⁊ nõ p manũ moysi lz illa plaga nõ ptinebat ad fluuiũ vt pz de se. Replica correctorij ꝯ Bur. volẽtem apparentiã esse vera.

In capi. vij. vbi postillator reddit rõnẽ q̃re p̃ma signa facta sũt p aaron ⁊ nõ p moysen: q: videlz moyses potuit haberi suspect⁹ de magica arte non aaron

Bur. opponit ꝓmo q aaron silī mō potuit hīi suspect' q̄si tā a moyse vidicerit: secūdo qz moyses vltia signa fecit nō aaron qō nō debuerit si suspect' hīet: ⁊ sic rō postillatoris valeret. Rñdeo hic ad ꝓmū q moyses ⁊ aarō ñ fuerūt diu silī cōuersati: ꝓstitit eni egyptijs aarō semp in egypto educa tū: moysen aūt foris

OIxit qūoqz dñs .VIII. ad moysen: Ingredē ad pharaonem ⁊ dices ad eū: Hec dicit dñs: Dimitte pplm meū vt sacrificet mi hi. Si aūt nolueris dimittē ecce ego ꝓcutiā oēs termi nos tuos ranis: et ebulliet fluui' ranas q̄ ascēdēt ⁊ in gredient domū tuā ⁊ cubi culū lectuli tui: ⁊ sup stratū tuū ⁊ i domos seruoz tuo rū ⁊ i pplm tuū ⁊ i furnos tuos ⁊ i reliquas ciboz tuo rū: et ad te ⁊ ad pplm tuum ⁊ ad oēs seruos tuos ītra būt rane. Dixitqūe dñs ad moysen: Dic ad aarō: Ex tēde manū tuā sup fluuios ⁊ super riuos ⁊ paludes ⁊ educ ranas sup trā egypti Et extēdit aarō manū sup

aqs egypti ⁊ ascēderūt ra ne: opueruntqz trā egypti Fecerūt āt ⁊ malefici p icā tatōes suas silr: eduxerūtqz ranas sup trā egypti. Vō cauit āt pharao moysen ⁊ aarō: ⁊ dixit eis: Orate dñz vt auferat ranas a me ⁊ a pplo meo: ⁊ dimittā pplm vt sacrificet dño. Dixitqūe moyses ad pharaonē: Lō stitue mihi qñ depcer ꝓ te ⁊ ꝓ seruis tuis ⁊ ꝓ pplo: vt abigāt rane a te: ⁊ a domo tua: ⁊ a seruis tuis ⁊ a pplo tuo: ⁊ tm̄ i flumie rema

qz hoc mō interficiebāt vt cū minori tumultu ⁊ strepi tu extinguerent: vt dictū ē. ō. ca. j. ꝓpter qō iusto dei iu dicio inde exiuerūt rane in maxia multitudine egypti os infestantes sua ipoz tunitate loca oia egyptioz subi trantes ⁊ eos cruciando iqetantes.

f Sup stratum tuū ⁊c.] Jn hac pcussione primo noiat rex q̄ plus peccauit: ⁊ p' po pulus subdit' q̄ sibi cōsensit.

g Et ad te ⁊ ad pplm tuū. Dicit hebrei q nō solū itrabāt rane loca egyptioz sed etiā coꝛda eoz vt per os qñ dormiebāt ore apto ⁊ p alios meatus: ꝓ q̄s poterāt itroire.

h Dixitqz dñs. Hic describit h' plage inflictio: cū dr: i Dic ad aaron extēde ma nū ⁊c. Jsta plaga sicut ⁊ precedens facta fuit per ma nū aaron ⁊ nō p manū moysi ex eisdē causis q̄bus dictū ē de prima

k Vocauit āt. Hic describit pre dicte plage remo tio rege simulāte petitioni moysi ⁊ aaron se acquiescē cū dr: Vocauit aūt pharao moysen ⁊ aaron ⁊c. Sed q̄ritur quare nō vocauit eos ad amotionē prime plage Dicendū q hoc fuit qz magis fuit afflictus de secunda qz ipse ⁊ alij potentes habebāt vinū ⁊ alios liquores quos poterant bibere septem diēb' quib' durauit illa plaga: sed ab ipoz tunitate ⁊ fediate ranarum nō pote rat se defendere. Jtem ista secūda plaga plus durauit q̄ prima: ⁊ ideo coactus fuit vocare moysen ⁊ aaron q̄ ꝑ' nō ꝓmittebātur igredi ⁊ rogare eos: qō fuit magna pena sibi cum cēt supbissim'.

l Dixitqz moyses ad pharaonē cōstitue mihi. videtur q moyses hic tētauit dñm ponēdo tēpus determinatū fm q dr Judith. viij. Qui estis vos qui tentatis dñm ⁊ posuistis tēpus mīe rationis dñi ⁊c. Item promisit qō nō erat in potestate sua: qō vī fatuū ⁊ presumptuosuz. Dicendū q nō fuit ibi dei tētatio: qz moyses a principio p reuelationē dei fuit certificatus q talia fierent ad nutū ei': vñ dixit ei: Ego constitui te deū pharaonis. ō. vij. ca. ⁊ per hoc ꝑz q nō fuit promissio indiscreta vel presūptuosa.

Item queritur quare moyses posuit hoc in arbitrio pharao nis dicēs: Cōstitue ⁊c. Dicendū q hoc fuit ad excluden dū suspicionē q̄ posset hīi cōtra eū faciendi talia artib' magicis vel virtute alic' cōstellationis determinate.

m Qui rñdit cras. Querit quare pharao in crasti nū distulit cū maxima necessitate vrgeret? Dicendū q credebat q si arte magica cēnt adducte rane: maleficiū illud p se deficeret: ⁊ ideo hoc aliquātulū expiri voluit nō tm̄ multū distulit ꝓpter necessitatem vrgentem.

n Egressiqz sūt moyses ⁊ aaron a pharaone. nō eni

voluerūt ipso pīte orare: qz in domo sua erant idola: ⁊ hoies dediti idolatrie.

o Cōgregauerūtqz eas. p hoc vī q moyses nō ipleuerat ꝓmissum: qz dixerat: Et tm̄ in flumine remaneant. Dicendū q nō ꝓmiserat eas reducere ad fluuiū: sed q vltra de flumie nō exirent: ⁊ q ille q̄ exierant ampli' ipsū nō i festarēt.

p Et cōputruit terra. ex cadauerib' ra narū.

q Videns aūt pharao ⁊c. sic faciunt multi q̄ cū i afflictione positi sūt multa deo ꝓmittūt sed extra periculū po siti retractant.

r Dixitqz dñs hic describit ter tia plaga: ⁊ nō ꝓ mittit hic cōmi natio sicut in duab' p̄cedentib': qz hō sic idurat' dign' ē pcussione absq̄ p̄cedenti cōmi natione: ⁊ ideo stati ponit h' plage in flictio: cū dr:

s Extende vgā tuā ⁊ pcu. pulue. terre. fuit eni illa plaga ꝓducta ex elemento terre: ⁊ cozrñdz culpe egy ptioz q̄ afflixert filios israel i opi bus terreis. s. luti ⁊ lateriꝭ.

t Et sint cynifes. mu sce sūt subtiles ⁊ minute ⁊ tm̄ coꝛ pus cui insident acerbissimo terrebant stimulo. ⁊ dicit Origc. Hebrei aūt dicūt ⁊ Ioseph' pediculi: q̄ in tanta multitudine creuerūt sup hoies ⁊ bestias q nullo me dicamine eis poterat subueniri.

v Fecerūtqz silr maleficī. i. facere conati sūt.

x Et nō potuerūt. Qz h' assignāt aliq̄ hebrei dicentes q demones q̄rū vtute vtūtur magi nō hñt ptātem sup aliqd coꝛpus qō ē mi nus grano hordei: qō apparet irrōnabilr dictū. qō eni hz ptātem sup maius hz ptātem sup min': sed nō econ uerso: ⁊ ideo causa h' ē: qz demones nihil pñt nisi q̄tū ꝓmittit volūtas diuina. in hoc aūt a deo fuerūt ipedi ti vt magi qui moysi resistebāt eēnt magis cōfusi i hoc q rē mimā facere nō potuerūt: vñ ⁊ dixerūt:

y Digitus dei ē hic. i. virtus diuina nos ipediens. vñ coacti sunt recognoscere diuinā vtutē: ⁊ hec expō ē cōis apud catholicos ⁊ hebreos. Sed qz dicti magi nō cessauerūt ꝓpter hoc resistere moysi ⁊ astare pharaoni: vt hī se. c. fessi sunt virtutem diuinā dicētes: Digitus dei ē hic. sz vtutem alic' demonis supiozis ipedientis p artē magi cā opationē inferiozis: sicut pharasei iponebāt Christo expulsionē demonū p principē eoz dicentes: In beelze bub ꝓncipe demoniozum ejcit demonia Luce. xj. ca. ⁊ sic

manebūt. Egrēssiqz sī moyses ⁊ aarō a pharaone ⁊ clamauit moyses ad dñm ꝓ spōsiōe ranarū quā ꝓdi xerat pharaōi. Fecitqz do minus iuxta vbū moysi: ⁊ mortue sūt rane ō domib' ⁊ de villis ⁊ de agris. Lō grēgauerūtqz eas i īmēsos aggeres: et cōputruit terra

Videns aūt pharao q da ta eēt reges: igrauauit coꝛ suū ⁊ nō audiuit eos sicut ꝓcepat dñs. Dixitqūe dñs ad moysen: Loquē ad aa ron: Extēnde virgā tuā ⁊ p cute puluerē terre: ⁊ sint cy nifes i vniuersa trā egypti Fecerūtqz ita. Et extendit aarō manū: vgā tenēs: per cussitqz puluerē terre: ⁊ sa cti sūt cynifes i hoīb' ⁊ iu mētis. Vis puluis tre vsus ē i cynifes p totā terrā egy pti. Fecerūtqz silr maleficī icātatiōib' suis vt educerēt cynifes: et non potuerunt Erātqz cynifes tā i hoīb'

nō cōfitebāt Moysen dei seruū sz magū: ⁊ fm ꝓcessū tex. vī ad hoc tēdere itētio ipsoz ⁊ pharaōis q credēt moyses facē signa artib' magicā q̄ faciebat.

z Dixit qq̄s dñs. Hic ponit q̄rta plaga c' ꝓmittit cōmiatio ⁊ subdit afflictio: ibi Et venit musca. Circa ꝓmū dr moysi:

a Cōsurge diluculo. i q̄ nōt q hō oz eē solicit' de iplēdo dei mādatū.

b Et sta coꝛā pharaōe. cō stāi ⁊ itrepide.

c Egrediet eni ad aqs. ⁊ sic de facili po teris ad eū accedē. q̄ rit q̄re ita frequenter pharao egrediebatur ad aqs hora matutīa Dicūt aliq̄ q erat cā spaciādi: Hebrei aūt dicūt q erat cā idola trādi: qz nilus fluui' secūdabat sua irriga tione terrā egypti: ō ipsū colebat ei reuerē tiā exhibēdo. Alij āt dicunt q hoc erat cā idolatrie: sz hoc alr. s. qz apis qō apud egy ptios maximū numē reputat aliqn̄ ibi ap parebat in specie tau ri de flumie cōsurgen tis. Aliter aūt pōt dr ci q hoc erat cā pur gationis. credebat ei forte q sicut aq̄ pur gat feces coꝛpales ita ⁊ mētales. vñ ⁊ de fi lia pharaonis dictuz fuit. ij. ca. q descende bat vt lauaret i fluie c' cā potuit eē eadem ad hoc aūt ē argumē tū: qz saraceni q̄ mō terrā egypti inhabitāt talib' ablutionib' vtūt ad emūdari onē peccatoꝛ: ⁊ forte tenēt hoc ex ritu antiq̄rū egyptioz: sicut ⁊ alīq Christiani iclināt i oztu sol' se vsus illā ptē: reti nētes in hoc modū paganoz q eos in eadē terra ꝓcesserūt fm q dicit leo papa.

d Ecce ego mittā in te. pncipr q rebellas mihi.

e Et i seruos tuos. q assistūt tibi.

f Et in pplm tuū. tū qz tibi assentiūt: tū qz ꝓpt peccatū pncipis punit pplis.

Rōnes aūt p̄dictoꝝ sic assignant. Altare eni istud vocabat altare holocausti: nō q2 hostie holocaustoꝝ ibi tm̄ offerrent: sꝫ ēt cū h᷒ hostie pacifice ⁊ ꝓ pctō: sꝫ quia hostia holocausti dignior erat: utpote q2 tota incēdebatur ad honorē diuinū: alie vo nō: iō denoiat altare holocaustoꝝ tanq̄ a digniori. Item isto altari n̄ erat intra tabernaculuꝫ sed extra in atrio tabernaculi: tum ꝓpter mundiciaꝫ tabernaculi seruādā: tū q2 non possent hostie ibi cremari: sꝫ inflāmarent cortie q̄ erāt sup tectū cū non distarent a pauimēto tabernaculi nisi p decem cubitos: tū ne fierēt similes idolatris q̄ imolabant ⁊ offerebāt victimas sup altaria q̄ erant in tēplis idoloruꝫ. b Facies ⁊ atrium. Hic ꝯñter describit atriuꝫ: qd̄ erat circa tabernaculū. erat autē h᷒modi atriuꝫ q̄dā platea magna sub diuo habens in longitudine cētū cubitos ab oriente in occidētem ⁊ in latitudie q̄nq̄ginta ab austro versus aquiloneꝫ ⁊ erat clausa colūnis q̄nqꝫ peduꝫ altitudinis in q̄bus pēdebant cortine

sed inane ⁊ cauū intrīsecus facies illud: sicut tibi in mōte mōstratū ē. Facies ⁊ atrium tabernaculi: in cui᷒ australi plaga ꝯtra meridiem erūt tētoria ḋ bysso retorta. Centū cubitos vnuꝫ lat᷒ tenebit in lōgitudine: ⁊ colūnas viginti cū basib᷒ totidē eneis: q̄ capita cū celaturis suis habebūt argētea. Similiter ⁊ in latē aq̄lonis p longū erūt tētoria centuꝫ cubitoꝝ colūne viginti: ⁊ bases enei eiusdē numeri: ⁊ capita eaꝝ cū celaturis suis argētea. In latitudie vero atrij qd̄ respicit ad occidentem erūt tētoria p q̄nq̄ginta cubitos: ⁊ colūne ḋcē: basesqꝫ totidē. In ea quoqꝫ atrij latitudine q̄ respicit ad orientē q̄nq̄ginta cubiti erūt: i q̄bus q̄ndeci cubitoꝝ tentoria lateri vno deputabūtur colūneqꝫ tres ⁊ bases totidē: ⁊ in latē altero erūt tētoria cubitos obtinētia q̄ndecim: colūne tres: ⁊ bases totidē.

vsqꝫ ad terrā: vbi cū paxillis ⁊ funib᷒ figebant ne a vētis mouerent. In latere vo aq̄lonari ipsi᷒ atrij erant. xx. colūne: ⁊ in latē australi. xx. ⁊ in occidētali. x. ⁊ in latē oriētali. x. ⁊ erāt oēs de ere s̄m ꝙ hr̄ infra. xxxviij. ca. ⁊ erāt infixe basib᷒ eneis: eo mō sicut dcm̄ est de alijs colūnis existētib᷒ in tabernaculo. cortine vo hēbat in latitudie v. cubitos s̄m longitudinē colūnarū: ⁊ erāt facte cū acu reticulato ope: ut dicit Ra. sa. ita ꝙ vulg᷒ q̄ erat extra atriū p foramia cortinaꝝ poterat vidē sacrificia ⁊ oblatiōes q̄ fiebāt in atrio p sacerdotes: ⁊ erāt oēs de eadem mā. s. de bysso retorta: ut fila essent bn̄ fortia: ⁊ p consequēs eiusdē coloris: hoc excepto ꝙ in introitu atrij qui erat in pte oriētali lōgitudinis q̄nq̄ginta cubitoꝝ: ut iā dcm̄ est. xx. cubiti medij claudebant p cortinas factas ḋ q̄ttuor colorib᷒. s. hyacitho ⁊ purpura coccoqꝫ bis tincto ⁊ bysso retorta. et illa cortina poterat trahi ⁊ retrahi ꝓ ingressu ⁊ egressu eoꝝ q̄ intrabāt atriū. decē autē cubiti q̄ erāt ex vtraqꝫ pte introit᷒ claudebant cortinis de bysso factis: sicut ⁊ alie q̄ erāt in circuitu. i Oēs colūne ⁊c. In hebreo hr̄ sic: Oium colūnaꝝ atrij p circuitū cincture eaꝝ ⁊ vncini de argēto. et vocant hic cincture quidā circuli argētei circūdātes colūnas: ut dicit Ra. sa. vtrū tñ essent in medio colūne p modū cuiusdā pomelli vel in supiori pte p modū capitelli nō determiat. Rōnabilius tñ vr̄ ꝙ essent p modū capitelloꝝ in supiori pte: q2 erāt ad decorē q̄ magis debēt poni in capite colūne. Uncini aūt dicunt vbi cortine pēdebāt a colūnis: ⁊ s̄m hoc colūne dicte non erāt vestite lamis argenteis: sꝫ tm̄ in capitibus eoꝝ erāt q̄dam circuli argentei. k Cūcta vasa tabernaculi. s. cauille martelli ⁊c. h᷒mōi q̄ erāt necessaria ad erigenḋ colūnas ⁊ cortinas. l Ex ere facietis. Instrumenta eni cui᷒cunqꝫ artis s̄m modū loquendi hebraicum vasa vocant. Dispositōem aūt atrij quātū ad colūnas ⁊ cortīas hic nō descripsi: tum q2 p ea q̄ dcā sūt a q̄libet de facili pōt capi: tū q2 in fine libri pōetur q̄n aget de erectione tabernaculi. Ratō aūt hui᷒ atrij circa tabernaculū accipitur: tū ꝓpter reuerentiaꝫ tabernaculi: ne populares ad ipsum nimis appropinquarēt: tuꝫ ut sacerdotes ⁊ leuite liberi᷒ facerent officia sua circa altare holocausti mltitudine populi exteri᷒ existente. m Precipe filijs israel. Hic ꝯñter agit ḋ illo qd̄ erat necessarium ad illūiatōeꝫ templi:

dē. In introitu vo atrij fiet tētorium cubitoꝝ vigīti ex hyacintho ⁊ purpura: coccoqꝫ bis tincto ⁊ bysso retorta ope plumario. Colūnas hēbit q̄ttuor cū basib᷒ totidē. Omēs colūne atrij p circuitū vestite erūt argēteis lamis: capitib᷒ argenteis ⁊ basib᷒ eneis. In longitudine occupabit atriū cubitos centū: in latitudie q̄nq̄ginta: altitudo q̄nqꝫ cubitoꝝ erit. Fietqꝫ de bysso retorta: ⁊ hēbit bases eneas. Cuncta vasa tabernaculi in oēs vsus ⁊ ceremonias tā paxillos ei᷒ q̄ꝫ atrij ex ere facietis. Precipe filijs israel ut afferāt tibi oleū de arborib᷒ oliuaꝝ purissimū: piloqꝫ ꝯtusū: ut ardeat lucerna semp in tabernaculo testionij extra velū qd̄ oppansū est testionio: ⁊ collocabunt eā aaron ⁊ filij eius: ⁊ vsqꝫ māe luceat corā dño. Perpetuus erit cultus p successiōes eoꝝ corā filijs israel.

tum ꝓpter decorē: tum ut ibi de nocte posset clare videri cū dr̄: m Precipe fi. is. ut af. ti. oleū de ar. oli. i. de fructu oliue exp̄ssum. istud eni ꝓprie oleū dr̄. oleū aūt nucum ⁊ alteri᷒ māe cuiuscūqꝫ dr̄ tm̄ oleū pticipatiue ⁊ diminutiue n Purissimū. i. sine amurca. o Piloqꝫ ꝯtusū. q2 istḋ est purius ꝙ̄ illud qd̄ terit int molas. p Ut ardeat lucerna. i. lucerne: accipiēdo singulare ꝓ plr̄ali: sicut supra. viij. ca plō. Uenit musca grauissima. i. multitudo muscaꝝ. q Semp. i. q̄libet nocte. Josephus etiā dicit ꝙ etiā de die tres ardebāt: ⁊ oēs septē de nocte: nec licitū erat ibi ardē aliud oleū. r Et collocabāt eā aaron ⁊ filij eius. hoc enim nō erat licitū nisi sacerdotibus.

Ca. XXVIII.

Applica quoqꝫ ad te aaron. Descripto tabernaclo: hic ꝯñter agit de ministris ad cultū tabernacli deputādis: ⁊ p̄mo de ornatu eoꝝ seu ꝯpōne: scdo de ipsoꝝ ꝯsecratōe ca. xxix. tertio de officij executiōe: ibi Mūdabis. Ad euidentiā p̄mi p̄mo ponā sub quodā ꝯpēdio ornamēta seu vestimēta sacerdotū p ordinē: ⁊ intēdo in h᷒ seq̄ iosephū: q2 fuit de genere sacerdotali: ⁊ māsit in hierusaleꝫ tpe q̄ adhuc stabat templū ⁊ sacerdotū ministeriū: ⁊ iō pluries potuit videre ⁊ vidit vestes ⁊ ornamenta ipsoꝝ: ⁊ ideo

Universidad de Deusto Biblioteca

certius potuit scribere talia ꝙ Ra.sa. ⁊ alij q̄ fuerūt postea p magnū tp̄s:q̄r ſm hiero. in ep̄la ad Desideriū:Aliter visa aliter audita narrant:⁊ iō ille qui vidit certi⁹ scribere potuit. Scōm aūt ip̄m decē erāt ornamēta sūmi sacerdotis:q̄rū q̄ttuor inferiorib⁹ sacerdotib⁹ cōicabant:p̄mū est femoralia linea ad opiendū carnē turpitudinis sue. scōm est tūica de bysso facta ⁊ dupla p totū. est aūt byssus gen⁹ cādidissimi lini. tertium est balthe⁹. i. cingulū de diuersis coloribus factū:latitudinis q̄si q̄ttuor digitoꝝ:cuius extremitates pēdebāt in pte anteriori sacerdotis:hn̄s fimbrias d auro ⁊ aliis colorib⁹ cū pulchra varietate. Quartū ē tiara siue mitra de bysso in capite sacerdotis posita:tendēs supius in acutū ⁊ cū cinctura siue bēdello ligabat sub mētone:ita ꝙ nuditatē colli tegeret:⁊ mitrā fortiꝰ teneret ne cadēt de capite sacerdotis ministrantis. Alia sex erāt appropriata sūmo sacerdoti:quoꝝ p̄mū erat tunica hyacinthina: q̄ hēbat circa collū ⁊ in extremitatib⁹ manicarū oras ꝯtextas fortiꝰ ex diuersis colorib⁹ ⁊ lapidibus p̄ciosis. in margine inferiori hēbat malogranata facta de hyacintho:purpura ⁊ vmiclo ⁊ bysso retorta:⁊ tintinabula aurea intmixta:sic ꝙ int duo malogranata erat vnū tintinabulū:⁊ ecōuerso int duo tintinabula vnū malogranatū. Scōm erat sup humerale: qd ponebat sup dcām tunicā:⁊ quantū ad mām erat d pāno ꝯtexto q̄nq̄ generib⁹ filoꝝ. s. filis fact de auro:⁊ hyacintho:d purpura:coccoq̄ bis tincto:⁊ bysso retorta:cū pulchra varietate ita tn̄ ꝙ nō erāt ibi aliqua aīalia figurata:sed flores ⁊ ꝯsilia q̄ptū ad formā vo erat vestis q̄drata altera pte longior hn̄s in medio apturā p quā intrabat caput sūmi sacerdotis:⁊ latitudo illi⁹ vestis tāgebat humeros. lōgitudinis āt ipsi⁹ vna ps pēdebat retro opiens dorsū vsq̄ ad renes:⁊ altera pēdebat ante opiens pectus. Latera aūt vtriusq̄ ptis iūgebātur in laterib⁹ sacerdotis nodulis aureis. sup humeros autē hēbat hec vestis duos lapides onychinos magnos:in q̄b⁹ erāt sculpta noīa filioꝝ isrl̄:sex in vno lapide:⁊ sex in altero:et erāt noīa senioꝝ sup humeꝝ dextrū:alioꝝ vo sup sinistrū hēbat etiā in medio pectoris foramē q̄dratū magnitudinis vnius palmi in longū ⁊ latū:⁊ dimittebat ille locus vacu⁹ ad hoc ꝙ poneret ibi tertiū ornamentū qd vocat rōnale:cuius pān⁹ erat de eadē mā cū suphumerali:in q̄ erant duodecim lapides p̄ciosi ſm q̄ttuor ordines dispositi:in quib⁹ erāt sculpta noīa duodeci filioꝝ isrl̄:ita ꝙ noīa senioꝝ erāt sculpta in linea supiori ſm ordinē natiuitatis sue:⁊ sic ꝯnter d alijs. Habebat aūt magnitudinē vni⁹ palmi in q̄drū:ita ut ipleret p̄cise locū dimissū vacuū in suphumerali:⁊ in quattuor angulis hēbat q̄ttuor anulos aureos:quib⁹ correspōdebāt q̄ttuor alij anuli existētes in suphumerali:⁊ per anulos istos stringebant sil rōnale ⁊ suphumerale cū ligaminibus hyacinthis p anulos trāseūtib⁹:adhuc tn̄ ad maiorē firmitatē duo erāt aurei in supiori pte rōnalis in quib⁹ imittebātur cathene auree:⁊ p fistulas aureas in suphumerali existētes trahebant sursū ⁊ iūgebant cū suphumerali cū vncinis aureis circa scapulas ipsi⁹ sacerdotis. in inferiori vo pte rōnalis erāt alij duo anuli ꝯsiles in vtroq̄ latere eius:⁊ in pte posteriori suphumeralis erāt duo anuli aurei eis corrn̄dentes quib⁹ sil stringebant rōnale ⁊ suphumerale in vtroq̄ latē sacerdotis p ligaturā hyacinthinā trāseuntē p anulos p̄dictos. In rōnali vo erat doctrina ⁊ vitas:ſm trāslatōnem nostrā. In hebreo hr̄:Urim ⁊ tumim. ⁊ in idē redit:vriz.n. significat manifestatōnem qd ptinet ad doctrinā. tumim significat integritatē:quod ptinet ad veritatem. s. ꝙ integret verba sua. Secundum iosephum ista doctrina ⁊ veritas siue vrim ⁊ timim erat quidā fulgor ꝓcedēs de lapidib⁹ rōnalis:qui designabat deū placatū:⁊ rn̄sū ꝓsperuz:⁊ ꝙ sic ipleret in effectu:sicut a pōtifice petebat. Dicit etiā ioseph⁹ ꝙ iste splēdor cessauit p ducētos ānos anteq̄ scriberet librū antiq̄tatū:quē scripsit Titi ⁊ vespasiani tpe. Ra.sa. dicit ꝙ vrim ⁊ tumim:siue doctrina ⁊ veritas erat nomen dn̄i tetragrammaton positū in rōnali sub lapidib⁹: vtute cuius māifestabat veritas de introgatis ipsi sacerdoti:qn̄ cōsulebat dn̄m. Quartū ornamentū erat balthe⁹ siue cingulū factū de q̄nq̄ coloribus sicut suphumerale ⁊ rōnale pulchra varietate factū:cui⁹ extremitates sunt decēter fimbriate depēdebāt in anteriori pte sacerdotis stringens suphumerale cuz mitra hyacinthia posita in capite sūmi sacerdotis sup aliaꝫ mitrā byssinā ⁊ alijs inferiorib⁹ vestiment. Quitū ornamentū erat mitra hyacinthia posita i capite sūmi sacerdotis sup aliā mitrā byssinā hn̄s in inferiori pte semicirculū aureū pulchre fabrefactū ꝓcedētē ab occipite:vsq̄ ad vtranq̄ aurē. Sextū aūt erat lamina aurea pendēs in frōte sūmi sacerdotis ligata cū mitra filis hyacinthinis:in q̄ erat nomē dn̄i tetragrāmaton inscriptū. Hec erat facta ad modū lune corniculate:ut dicūt aliq̄ hn̄tis cornua supius:⁊ ꝯuexū inferius:sed erat facta ad modū corone. vnde ⁊ corona vocat in lr̄a:nō tn̄ erat corona pfecta:sed solū ꝓtēdebat ab aure in aurem trāsiēs sup frontē:ut dicūt iosephus ⁊ ra.sa. ita ꝙ ipsa cū semicirculo p̄dicto qd erat in pte posteriori capitis faciebat q̄si coronā pfectā. Et ut melius dicta capiat descripsi p̄dicta in figura:qua inspecta ⁊ ꝯsideratis p̄dictis patet littera paucis exceptis.

Ca. XXVIII.

Applicā quoq̄ ad te aaron fratrē tuū cū filijs suis de medio filioꝝ israel: ut sacerdotio fūgant mihi aaron:nadab:⁊ abiu: eleaçar ⁊ Ithamar:facieſq̄ vestē scām aarō frī tuo i glām et decorē. Et loq̄ris cunctis sapiētib⁹ corde quos repleui spū prudētie:ut faciāt vestes aaron frī tuo in gloriā ⁊ decorez:in q̄ib⁹ scificat⁹ ministrēt mihi. Hec aūt erūt vestimēta q̄ faciēt: Rōnale ⁊ suphumerale:tūnicā ⁊ lineā strictā:cidāri ⁊ balthēū Faciēt frī tuo aaron ⁊ filijs eius vestimēta scā:ut sacerdotio fungant mihi. Accipiētq̄ auꝝ ⁊ hyacinthum ⁊ purpurā:coccūq̄ bis tinctū ⁊ byssū. Faciēt aūt suphumerale de auro ⁊ hyacitho ⁊ purpura coccoq̄ bis ticto ⁊ bysso retorta:ōpere polymito. Duās oras iunctas hēbit in vtroq̄ latere sūmitatū:ut in vnū redeāt. Ipsa quoq̄ textura ⁊ cuncta opis varietas erit ex auro:⁊ hyacitho ⁊ purpura: coccoq̄ bis tincto ⁊ bysso retorta. Sumesq̄ duos lapides onychios:⁊ sculpes in eis noia filioꝝ isrl̄:sex nomina i lapide vno:⁊ sex reliqua in alio iuxta ordinez natiuitatis eoꝝ. Ope sculptoris ⁊ celatura gēmarij: sculpes eos noīb⁹ filioꝝ israel:inclusos auro atq̄ circūdatos:⁊ pones i vtroq̄ latē suphumeralis:memoriale filijs isrl̄. Portabitq̄ aaron noīa eoꝝ coraz dn̄o sup vtrunq̄ humeꝝ ob recordatiōem. Fācies ⁊ vncinos ex auro:⁊ duas cathenulas auri purissimi sibi inuicez coherētes:q̄s inseres vncinis. Rōnale quoq̄ iudicij facies ope polymito iuxta texturā suphumeral: ex auro hyacitho ⁊ purpura:coccoq̄ bis tincto ⁊ bysso retorta. Quādrāgulum erit ēt duplex. Mēsurā palmi hēbit:tā in lōgitudie q̄ in latitudie:ponesq̄ i eo q̄ttuor ordies lapidū. In p̄io v̄su erit lapis sardi⁹ ⁊ thopaçius ⁊ smaragdus. In scdo carbūculus ⁊ sapphyr⁹ ⁊ iaspis. In t̄tio liguri⁹ achates ⁊ amethist⁹. In q̄rto chrysolith⁹ onychin⁹ ⁊ berillus Inclusi auro erūt p ordies suos:hēbūt noīa filioꝝ isrl̄ Duodeci noīb⁹ celabūtur singuli lapides noīb⁹ singuloꝝ p duodeciz trib⁹. Facies in rōnali cathenas sibi inuicē coherētes ex auro purissimo:⁊ duos ānulos aureos quos pones in vtraq̄ rōnalis sūmitate: cathenasq̄ aureas iūges ānulis qui sūt in marginib⁹ ei⁹:⁊ ip̄arū cathenarū extrema duob⁹ copulabis vncinis in vtroq̄ latē suphumeralis qd ratōnale respicit. Faciēs ⁊ duos ānulos aureos quos pones in sūmitatib⁹ rōnalis:ēt in oris q̄ e regiōe sūt suphumeralis ⁊ posteriora eius aspiciūt:necnō ⁊ alios duos ānulos aureos q ponendi sūt in vtroq̄ latē suphumeralis deorsū:qd respicit cōtra faciē iūcture inferioris ut aptari possit cū suphūerali ⁊ stringat rōnale ānulis suis cū ānulis suphūeral: vitta hyacinthina ut maneat iūctura fabrefcā:⁊ a se inuicē rōnale ⁊ suphumerale neq̄ant separi. Portabitq̄ aaron noīa filioꝝ isrl̄ in rōali iudicij sup pect⁹ suū qn̄ ingrediet scūariū memoriale corā dn̄o i eternū. Pōnes aūt in rōnali iudicij doctri

a Applica quoq̄ ad te aaron. Hic agit de vestimentis sacerdotū:⁊ p̄mo in generali:scdo in spāli:ibi Hec autē sūt. Circa p̄mū di:Applica. s. ad diuinū cultū p ꝯsecratōem in sacerdotiū:de q̄ agit ca. sequēti. b Facieſq̄ vestē sanctā. i. ad ministeriū diui cult⁹ deputatū. scm̄. n. in vna significatōe idē est ꝙ diuino cultui deputatū:nā nō erat licitū sacerdotib⁹ talib⁹ vestib⁹ vti nisi in cultu tabernaculi. c In gloriā ⁊ decorē. q̄r hoc cedebat ad gloriā dei p̄ncipalr̄:⁊ scdario ad honorem aaron ⁊ filiorum eius:inq̄tū erāt mediatores int deū ⁊ populum.

d In quib⁹ scificatus. i. ꝯsecrat⁹. e Ministret mihi. qui ante ꝯsecratōem ipse nō ministrauit:sed moyses ut hr̄ ca. sequēti. f Hec aūt sūt. Hic agit de vestimentis sacerdotum in speciali:⁊ p̄mo de illis que erant specialia summo sacerdoti:scdo de his que erūt cōmunia sibi ⁊ alijs sacerdotib⁹ inferioribus ibi Facies ⁊ feminalia. Adhuc primo enumerat que sunt specialia sūmo sacerdoti: secūdo ꝓsequitur de singulis:ibi Facient autem. Circa primam partem patet littera vsq̄ ibi: g Tunicā ⁊ lineam strictaz. In hebreo habet Tunicaz fimbriatā. et loquitur de tunica hyacinthina q̄ erat pulchre fimbriata:ut predictum est. h Lineā strictā. que idē est qd tūica stricta: de qua supra dictum est: ꝙ erat vestimētū cōmune summo sacerdoti ⁊ alijs: ⁊ ideo eius enūeratio non habet hic locum sed inferius. i Cidarim. id ē mitram cuz lamina sancta sibi alligata. k Facient aūt. Hic ꝓsequitur in spāli de ornamentis specialibus sūmi sacerdotis: et diuiditur ſm numerum ornamentorum:⁊ patebūt ptes prosequendo Primo ergo prosequitur de superhumerali cum dicit:Facient autez ⁊c̄. l Ope polymito. i. plurib⁹ coloribus ⁊ figuris variato:⁊ dicitur a polys qd ē pluralitas:⁊ mitos qd est gutta. m Duas oras iunctas habebit. quia ore latitudinis iuncte erant i lateribus sacerdotis ut predictum est cum vncinis:⁊ sic anterior ⁊ posterior iungebantur simul. n Inclusos auro atq̄ circūdatos. i. situatos in auro per circuitum partis interioris iuxta pānū superhumeralis:vbi lapides erant situati sicut situantur in ānulis. o Facies ⁊ vncinos. qui erant positi in supiori parte superhumeral circa scapulas. p Ratōale quoq̄. Hic prosequitur d rationali:⁊ dicitur rationale iudicij: quia in ipso iudicabat sūm⁹ sacerdos consulēs dominum quid eēt agēdum. q Quadrāgulum. erit ratōne supradicta. r Et duplex. i. d pāno duplicato:duplici causa. vna est ut pondus lapidum ibidem situatorum melius sustineret. Alia est scōz ra.sa. ut iter illos duos pannos nomē domini tetragrāmaton includeretur. s In primo versu. i. ordine. t Facies etiā i ra.ca. sibi coherentes. idest opere plectili: iste sūt eedez cathene que supra dicuntur inserte vncinis superhumeralis ſm partem superiorem:sed pars inferior erat inserta ānul ipsius rationalis:⁊ iō de istis cathēis fit mētio in vtroq̄ ope:scꝫ superhumeralis ⁊ rationalis. v Facies ⁊ duos annulos aureos q̄s pones in sūmitatibus ratōnalis:idest in parte exteriori que est supior respectu illius que est magis propinqua corpori sacerdotis. x Et i oris que e regione sūt. idest ex opposito correspondentes. y Pones aūt in ratōnali iudicij doctrinam ⁊c̄. idest lapides per quoruz fulgorē manifestabitur sacerdoti diuinuz beneplacitum:⁊ hoc secūdum Josephum. ſm vero Rabbi salo. nomē domini tetragrāmaton fuit inclusum modo predicto.

Universidad de Deusto Biblioteca

nā ⁊ veritatē q̄ erūt i pectore aaron q̄ñ ingrediet̃ corā dño: ⁊ gestabit iudiciū filiorū isrl in pectore suo: in cōspectu dñi sp. Facies ⁊ tunicā suphumeralis totā hiacynthinā: in cui' medio supra erit capitiū: ⁊ ora ꝑ gyrū eius textilis sicut fieri solet i extremis vestiū ptibus ne facile rūpant̃. Deorsum vo ad pedes eiusdē tunice ꝑ circuitū q̄si malapunica facies ex hiacyntho ⁊ purpura ⁊ cocco bis tincto et bysso retorta: mixtis in medio titinnabul: ita ut tintinnabulū sit aureū ⁊ malum pūicū: rursūq; titinabuluʒ aliud aureū ⁊ malūpunicū ⁊ vestiet̃ ea aaron i officio misterij ut audiat̃ sonit' q̄ñ ingredit̃ ⁊ egredit̃ scūariū in ꝯspcū dñi ⁊ non moriat̃. Faciēs ⁊ lamiam de auro purissimo: in q̄ sculpes ope celatoris sānctū dño. Ligabisq; eā vitta hyacinthina ēt erit sup thyarā iminens frōti pōtificis. Portabitq; aaron iiqtates eoꝝ q̄ obtulerūt ⁊ scificauerūt filij isrl: in cūctis munerib' ⁊ donaris suis. Erit aūt lamia semꝑ in fronte eius ut placat' sit ei dñs. Stringesq; tunicā bysso ⁊ thyarā byssinā: facies ⁊ baltheū ope plumarij. Porro filijs aaron tunicas lineas parab ⁊ balthea ac thyaras i glīam ⁊ decorē: vestiesq; his oib' aarō fratrē tuū ⁊ filios ei' cū eo ⁊ cūctoꝝ ꝯsecrabis manus scificabisq; illos ut sacerdotio fūgant̃ mihi. Facies ⁊ femialia linea ut opiant carnē turpitudinis sue: a renibus vsq; ad femora: ⁊ vtentur eis aaron ⁊ filij ei' q̄ñ ingredient̃ tabernaculū testimonij: vel q̄ñ appropiquāt ad altare ut ministrent in sanctuario: nē iniquitatis rei moriantur. Legitimū sempiternum erit aaron ⁊ semini eius post eum.

z Facies ⁊ tunicā. Hic ꝓsequit̃ de tunica hyacinthina. a ¶ In cuius me. su. erit capitiū. i. aptura ꝑ quā intrabat caput sacerdotis. b Et ora ꝑ gyrū eius textilis. i. ope plectili. c ¶ Facies ⁊ lamiam. Hic ꝓsequit̃ ꝺ lamia sancta pēdēte in frōte. d Scm dño. i. nomen dñi tetragrāmaton e Et erit sup thyarā .i. mitrā. f ¶ Portabitq; aaron iniquitates. orādo ut dimittātur. g Stringesq; tunicā bysso. i. fcāʒ ꝺ bysso. vñ i hebreo hʒ Tunicā byssinā. ⁊ loquit̃ de tunica inferiori q̄ etiā erat cōmunis alijs sacerdotibus ⁊ cingebat̃ quodā baltheo q̄ erat etiāʒ cōis alijs sacerdotibus: ut supra dictū est. h ¶ Facies ⁊ baltheum. loquit̃ ꝺ baltheo supiori quo cingebat̃ suphumerale. i Porro filijs isrl. Hic ꝯnter agit de vestimentis cōib' sūmo sacerdoti ⁊ alijs. ⁊ patet lr̃a ex supradictis vsq; ibi: k ¶ Ne iniqtatis rei moriantur. q; aliter mō indebito accederēt ⁊ irreuerent l Legitimū sempiternū erit. i. lege firma ⁊ stabili firmatū. Ratōnes aūt p̄dcōꝝ sic accipiunt̃ in gnāli: Ad hoc. n. habebāt sacerdotes vestes p̄ciosas ⁊ spāles: ut haberent in maiori reuerentia a pplo: ⁊ q; istud cedebat ad honorē diuinū cū essent medij inter deū ⁊ pplm. In spāli vo rōnes accipiunt̃ sic fm sensū litteralem. ꝑ ornamēta eni sūmi sacerdotis figurabat̃ q̄si tot' orbis. Tunica eni linea figurabat terrā: q; linū nascit̃ de terra. Balthe' cingēs illā tunicā figurabat oceanū: q̄ circundat terrā. Tunica hyacinthina rōne coloris figurabat elemētū aeris: in qua inserebant̃ tintinnabula: q; in aere generantur tonitrua. Balthe' aūt cingēs illā tunicā figurabat elementū ignis q̄ ambit aerē. Suphumerale cū rōnali sibi ꝯiūcto figurabat celū sidereū: qꝺ ex multis colorib' ⁊ picturis erat adornatū ad designanꝺ pulchritudinē stellaꝝ. Duo aūt lapides onychini in suphumerali positi significabāt duo magna luminaria. s. solē ⁊ lunā. Duodeci gēme in rōnali posite figurabāt duodeciʒ signa ȥodiaci: ⁊ iō dicebat̃ rōnale: q; terrenoꝝ rōnes sūt in celestib': q; ab ipsis emanāt terrestria fm q̄ dr̄ Job. xxxviij. Nūq̄d nosti ordinē celi ⁊ ponēs rōem eius i terra? Per mitrā vo figurabat̃ celū empyreū. ⁊ per laminā aureā supra mitrā positā ipse de' p̄sidēs oib' creaturis ꝓpter qꝺ in illa lamina nomē dñi tetragrammaton erat insculptū qꝺ appropriat̃ ipsi creatori oim. Per hoc aūt q̄ nomina filioꝝ isrl erāt sculpta in duob' onychinis sup humeralia: ⁊ in duodeci gēmis exñtib' in rōnali oñdebat̃ q̄ summo sacerdoti erat ipositū on' ppli: ⁊ ipm debat hr̃e i pectore iugis meditatōis orādo ꝓ ipso dnm ⁊ ꝓpter p̄dca de ipso aaron scribit̃ Sap. xviij. In veste poderis quā hēbat erat tot' orbis terraꝝ: ⁊ parentū magnalia in q̄tuor ordinib' lapidū erāt sculpta: ⁊ in diademate capitis illi' magnificētia tua dñe scripta erat. ⁊ vocat̃ hic magnificētia nomen dñi tetragrāmaton: quod dr̄ nomē eius magnū: ut dcm̄ est. s. vj. ca. quia est soli creatori omniū appropriatuʒ. rōnes aūt mysticas p̄dcōꝝ cā breuitatis omitto. cetera patēt. ¶ In cap. xxviij. vbi dicit̃ i postil. Ad euidentiā p̄mi ⁊c̄.

¶ Ca. XXIX.

Additio p̄ma

POsephus nō ē tenēdus i hoc loco: etiāʒ si sit de genē sacerdotali: ꝯdicit eni manifeste lr̃e: nāʒ vestes pōtificales sūt tā tūmō. put ponit̃ i p̄a. 2ᵉ. q. cij. ar. 5 i rñsiōe ad. ix. ar. q̄ꝝ q̄dēʒ octo: p̄a vestis linea: scda tunica hyacinthina cū tintinabul: tertia suphumerale cuʒ duob' lapidibus onychinis q̄rta rōnale q̄dratum: in q̄ erāt. xij lapides cuʒ noib' filioꝝ isrl: in quo etiā mādabat̃ poni doctrina ⁊ veritas: q̄nta erat balthe' seu cigulus: sexta thyara seu mitra: septima lamina aurea in fronte in q̄ erat nomē dñi et de istis septē tm̄ fit mētio infra Leui. viij. ca. quando moyses p̄mo induit ipm aaron in pōtificalib': octaua aūt est femorale ad opienꝺ turpitudinē carnis: de q̄ veste octaua nō fit ibidē mētio: q; nō debat indui ꝑ moysen ex honestate: sed ꝑ ipmmet sacerdotē: fit tñ de ea veste expss̄a mētio cōiter Leui. xvj. ca.

In codē ca. xxviij. vbi dr̄ in postil. Dicit etiā iosephꝰ q̄ iste splēdor cessauit ⁊c̄. ¶ Additio. ij.

IN toto tpe tēpli scdi nō fuit illa vestis pontificalis q̄ dr̄ rōnale iudicij: sic nec arca testi: ⁊ quedā alia q̄ ibi defecerūt: put oēs historie hebraice testant̃: qꝺ etiā facit ꝓ fide nr̃a de q̄ tractandū est dño ꝯcedēte in ꝓphetia Aggei. ij. sup illud vbum: Magna erit glīa dom' isti' nouissime plus q̄ p̄me. vñ nō est dicendū: q̄ solū ꝑ. cc. annos añ tp̄s Titi cessauerūt cuʒ in toto tpe tēpli scdi defuerīt. Replica correctorij ꝯ Bur.

VN ca. xxviij. vbi postil. dicit̄ māin vestiū sacraꝝ ⁊ numerū debē accipi ⁊ distigui fm dcā iosephi: qui scripsit ex experientia: q; de genē sacerdotali: ⁊ q; vidit ⁊c̄. Burgeñ. dicit iosephū nō esse tenenꝺ: q; fm lr̃e veritatē ut dicit sūt tm̄ octo vestes: ⁊ allegat ad hoc scm̄ tho. Sed mirū vr̄ q̄ Burgen. ꝓferat dcā sci tho. in hac mā q̄ in facto ꝯsistit: qꝺ nec scūs tho. nec burgē. vidit sicut Josephus: nec est cōtra lr̃am: q; littera bñ inspecta numerat pl' q̄ octo vestiū noia: nec ē mirū q̄ Leui. viij nō fit mētio de femorali: q; nec fit mētio de ȥona linea qua cingebat̃ tunica linea inferior: q̄ cōis erat pōtifici ⁊ alijs sacerdotib': nec fit ibi mētio ꝺ cydari linea: que erat mitra pōtifici ⁊ alijs sacerdotibus de quib' māifesta fit mētio Leuiti. xvj. q̄b' adiunctis ad alias octo enumeratas ꝑ Bur. fiunt. x. put vult iosephus: quē hic burg. iprobare nitit̃. nec pōt dicē burgeñ. cū tho. q̄ mitra linea quā dicit lr̃a cydari sit eadē cū thyara: q; thyara q̄ solius pōtificis mitra est hyacinthina fuit. nec est verisilē eandē fuisse mitrā sacerdotuʒ ⁊ pōtificis: sed q̄ sacerdos hēbat mitrā byssinā tm̄ ad modū bireti: pōtifex aūt sup h'modi habuit thyaram hyacinthinā. nec pōt dicere eundē fuisse cingulū lineū ⁊ baltheū: q; cigulo lineo cingebat̃ tunica byssina qꝺ fuit cōe pōtifici ⁊ sacerdotib': balthea aūt cingebat̃ ⁊ stringebat̃ tunica hyacinthina cū suphumerali q̄ erāt pontifici spālia: nec ē verisilē tunicā lineā ⁊ hyacinthinā vnico cingulo stringi añq̄ hyacinthina pōtifex indueretur vñ pʒ q̄ iosepho in his reb' expto credi oportet.

In codē ca. vbi postillator allegat Josephū dicentē q̄ fulgor q̄ ꝓcedē ꝯsueuerat a rōnali cessauit: tpe templi scdi: Burg. dicit toto illo tpe rōnale nō fuisse. sed hoc nō vr̄: q; tpe alexādri magni visus ē sūmus sacerdos in eo ut pʒ in ipsi' historia. nā ille fuit p̄ncipalis decor in sūmo sacerdote. ¶ Ca. XXIX.

SEd ēt hoc facies ut mihi in sacerdotio ꝯsecrētur. Tolle vitulū de armento ēt arietes duos imāculatos: pānesq; açimos ēt crustulā absq; fermēto q̄ue cōspersa sit oleo: lāgana quoq; açima: oleō lita. De simila triticea cuncta facies: ēt posita in canistro offeres: vitulū aūt ⁊ duos arietes ⁊ aarō ac filios eius āpplicabis ad ostiū tabernaculi testimonij. Cūnq; lauerīs patrē cū filijs suis aqua indūes aaron vestimentīs suis. i. linea ⁊ tunica ⁊ suphumerali ⁊ rationali qꝺ ꝯstriges baltheo: ⁊ pones thyaram in capite eius ⁊ laminā sanctā sup thyarā: ēt oleuʒ vnctōis fūdes sup caput eius atq; hoc ritu cōsecrabitur. Filiōs quoq; illi' applicabis ⁊ indues Jtunicis lineis cingesq; baltheo: aaron. s. ⁊ liberos eius: ⁊ ipones eis mitras: eruntq; sacerdotes mihi religione perpetua. Pōstq; initiaueris manus eorum: āpplicabis ⁊ vitulū cōram tabernaculo testionij. Impōnētq; aarō ⁊ filij eius manus sup caput illi' J

SEd ⁊ hoc facies. Hic ꝯnter agit de ꝯsecratōne sacerdotū: vbi p̄mittunt̃ ea q̄ sunt necessaria scdo describit ꝯsecratio ipsa: ibi Cunq; lauerīs patrē. Illa aūt q̄ necio reqrebant̃ ad eoꝝ ꝯsecratōnem: erāt quedā aialia in eoꝝ ꝯsecratōe imolāda ⁊ diuersoꝝ panū genera offerēda: q̄ notant̃ cū dr̄: b ¶ Tolle vitulū de armēto. in memoriā expiatōis pcti aaron ꝑ fabricatōe vituli. c Et arietes duos. vnū in memoriam obedie abraā q̄ obtulit arietē ꝑ isaac: cui' obedie sacerdotes debebāt imitatores eē: ⁊ maxime sūm' sacerdos: ⁊ aliū in memoriā imolati in exitu ppli de egypto: ꝑ cuius imolatōem fuerūt liberati ab angelo exterminatore ⁊ egyptioꝝ seruitute. d ¶ Immaculatos. istud nō solū refert̃ ad arietes ut credūt aliq̄: sʒ etiā cū hoc ad vitulū: quia nullū aial habens maculā debebat imolari maxime in sacerdotū ꝯsecratōe. e Panesq; açimos. ad denotanꝺ q̄ sacerdotes debebāt eē absq; fermēto corruptōis malicie ⁊ nequitie: sed debāt deo seruire in açimis sinceritatis ⁊ veritatis: ut dicit Apl's. j. Corin. v. Item q; sacerdotes idoloꝝ offerebāt panes fermētatos: ⁊ iō in detestatione huius p̄cipiunt̃ hic offerre sacerdotes dei panes açimos. f Et crustulā. modicus ē panis ⁊ valde tenuis: ita q̄ quasi totū est crusta. vñ i hebreo hʒ: Simellaʒ. g ¶ Que ꝯspersa sint oleo. q; in pīstatōe farine nō solū ponebat̃ aq̄: sʒ cū hoc oleū. h Lagana q̄ꝫ. dicūt aliqui q̄ erant panes frixi i patella. Ra. sa. dicit sup Leui. q̄ erat pasta cocta in aqua calida: ⁊ talē moduʒ cibi vocāt lūbardi lagana. i ¶ Oleo lita. ista linitio fm expositionē p̄mā erat frixio in oleo. fm Ra. Sal. erat figura quedāʒ ꝑtracta sup lagana cuʒ digito in oleo tincto: ⁊ erat figura silis caf greco. k De simila triticea ⁊c̄. Jest aūt simila farina tritici ꝺlicatissima. l ¶ Et posita in canistro offeres. ad hoc aūt in hac oblatōne ponebant̃ tot genera panū: q; talia erāt accepturi postea sacerdotes a pplo. sequit̃: m Applicabis ad ostiuʒ tabernaculi. .s. in atrio vbi erat altare holocaustoꝝ. n ¶ Cunq; lauerīs Hic ꝯnter describit̃ ꝯsecratio ipsa q̄ ꝯsistit in ornatu sacerdotū: ⁊ vnctōe ⁊ imolatōe: ⁊ p̄mo agit̃ de ornatu eoꝝ ⁊ vnctōe sūmi sacerdotis: scdo de imolatōe: ibi Postq̄ initiaueris. Circa p̄mū dr̄: n Cunq; la. pa. cū fi. aq̄. In ꝯsecratione eni ipsoꝝ ista lotio aque erat p̄mū: ⁊ ut dicit ra. sa. nō intelligit̃ de lotōe manuū ⁊ pedū solū: de q̄ hʒ infra: sed intelligit̃ de lotōe toti' corpis. o ¶ Indues aaron. modus autē induēdi ⁊ ornādi ipm: plenius est expositus ca. p̄cedenti. p Et oleū vnctōis effūdes sup caput eius.. Alij aūt sacerdotes inferiores nō vngebant̃ in capite: sʒ solū summ' sacerdos: ad notandū q̄ potestas offerēdi ab ipso deriuabat̃ ad alios. Dicūt aliq̄ q̄ man' eoꝝ vngebāt: sʒ hoc nō hʒ ex textu ⁊ pʒ in sequētib'. nec ē visilē q̄ nō fuisset expss̄ū h: vel Leui. viij. vbi ponit̃ executio ꝯsecratōis sacerdotū q̄ h p̄dicit̃ fieri cū tal' vnctio eēt q̄d notabile: sʒ circa eos ꝺ vnctōe nō fit aliq̄ mētio h: vel Leui. viij. Nisi q̄ de oleo vnctōis ⁊ sanguine hostie fiebat q̄dā mixtio: q̄ ipsi ⁊ vestes eoꝝ aspgebant̃: etsi alicubi dicant̃ vncti pōt de hac aspsiōe exponi. Mā aūt h' vnctōis infra describit̃: sʒ figura vel forma non hʒ ex textu. Dicit aūt ra. sa. q̄ erat in figura caf greci: incipiens a capite ⁊ descēdens vsus palpebras: ⁊ fiebat cū digito ipsi' ꝯsecrantis in vnctōe tincto. q ¶ Filios q̄ꝫ ⁊c̄. Jmodus āt induendi ⁊ ornādi ipm: pleni' exposit' ē ca. p̄ce. r P'q̄ iitiauerīs. Hic ꝯnter agit de imolatōe q̄ reqrebat̃ in sacerdotū ꝯsecratōe: ⁊ p̄mo ponit̃ sacrificiū ꝑ pctō: scdo sacrificiū holocausti: ibi Unū q̄ꝫ arietē. tertio hostia pacifica: ibi Alteꝝ q̄ꝫ arietē: q̄rto oñdit̃ q̄ h'modi rit' in ꝯsecratōe sacerdotū septēʒ dieb' ꝯtinuis debat replicari: ibi Oia q̄ p̄cepi t. Circa p̄mū dr̄: P'q̄ iitiaueris ⁊c̄. In heb' hʒ: P'q̄ ipleuerīs. h'. n. p̄cedebat sacrificiū: ⁊ tal' iitiatio vl' ipletio erat applica' eoꝝ ad sacerdotale officiū. s ¶ Appli. ⁊ vi. ꝑ pctō imolanꝺ. t Corā ta. te. i aīo ut p̄dcē ē. v Imponētq; ⁊c̄ Jq. ꝯstitētes q̄ vitul'

inficiebat ꝑ pctō eoꝝ:⁊ ꝙ ex rigore iusticie erāt digni mor
te:sed ex diuina misericordia mors in aial trāsferabat. Itē
ꝑ talē impōnem man⁹ accipiebāt potestatē offerēdi deceto
hostias ꝑ pctō. x Et mactabis eū. mactare eni hostiā p
tiet ad sacerdotis officiū:qȝ qdē officiū faciebat moyses in
ↄsecratōe aaron ⁊ fi-
lioꝝ eius:⁊ iō sibi dī
Mactabis eum sum
ptūqȝ de sanguine vi
tuli pōes sup cornua
altaris. Dicit ra.sa.ꝙ
hec positio fiebat tm̄
in duob⁹ cornibus al
taris ↄdictorie se re-
spicientib⁹ ⁊ sanguis
ibi sic posit⁹ respicie-
bat ad q̄ttuor ptes al
taris:qꝛ quilibet āgu
lus cōis est duabus p
tibus in ipso cōcurrē
tib⁹. y Reliquum
aūt san.fū.iu.ba.ei⁹.
erat eni circa pedē al-
taris quedam canalis
vbi effūdebat sāguis
in q̄ erāt quedaȝ fora
mina p que sanguis i
trabat terrā.
z Sumes ⁊ adipeȝ
totū. voluit eni ipsuȝ
dñs sibi offerri ⁊ incē
di:ita ꝙ nō comedere
tur ex eo:ad excluden
dū modū idolatrarū
q̄ adipes victimarum
suaꝝ comedebāt:ſm
ꝙ dī Deut.xxxij. ca.
De quoꝝ victimis co
medebant adipes ⁊c̄.
Itē ad designandū ꝙ
pinguedo gratie ⁊ vir
tutis nobis collata so
li deo est attribuēda
a Et reticulū.i.quedā pinguedo facta ad modum retis.
b Iecoris.in hebreo hꝫ:Epatis. c Ac duos renes.i.re
nūculos:ut hꝫ Leui.viij.vbi ponit executio h⁹ oblatiōis q̄
hic ꝑcipit. d Carnes vō ⁊c̄.]ad denotandum ꝙ pctm̄ et
eius circūstantie ⁊ occasiōes debēt elongari a sacerdotibus
quoꝝ officiū est ꝑ remissiōe pctōꝝ ppl'i offerre ⁊ orare.
e Unū quoqȝ arietē. Hic agit de hostia holocausti.
f Sup cu.ca.po.aa.⁊ fi.ei⁹ man⁹. In hac eni oblatōne fa
ciebat moyses officiū sacerdotis:ut dcm̄ est:⁊ ideo aaron ⁊
filij eius erāt offerētes moysi vel potius deo p moysen:sicut
ppl's postea debebat offerre aaron ⁊ filijs eius. Populares
vero offerētes sacerdoti aial ad imolandū ponebāt manus
sup caput bestie imolande:ut hꝫ Leui.j.⁊.ij.ca.⁊ alijs plib⁹
locis ad denotanō ꝙ renūciabāt totalr̄ illi aiali ⁊ in domi
nū trāsferebāt:⁊ eadē rōne aaron ⁊ filij eius ponebāt h̄ ma-
nus sup caput bestie h⁹ ⁊ sequent'. Itē ut p taleȝ impōnem
acciperēt potestatē offerēdi hostias holocausti. g Et fū-
des circa altare.nō in pte supiori:sed magis circa baseȝ:nec
fiebat cū digito sicut de ꝑcedēti dcm̄ est:ſȝ magis cū bacino
argēteo:ut dicit ra.sa. h Et offeres totū arietē in incen-
sū.ꝑpter h⁹ eniȝ dī hostia holocausti:qꝛ tota cremebat ad
honorē diuinū ꝑter sanguinē:q̄ effūdebat mō ꝑdicto:⁊ pel
lē que erat sacerdotis. i Oblatio est dño odor suauissi-

et mactabis euȝ in ↄspectu
dñi:iuxta ostiū tabernacli
testimonij:sūptūqȝ de san-
guine vituli:pones sup cor
nua altaris digito tuo:reli
quū aūt sanguinē fūdes iu
xta basim eius. Sumes et
adipē totū q opit intestina
et reticulū iecoris āc duos
renes ⁊ adipē q sup eos est
⁊ offeres incensū sup altare
cārnes vō vituli ⁊ coriū et
fimū ↄbures foris extra ca
stra:eo ꝙ ꝑ pctō sit. Unūȝ
quoqȝ arietē sumes sup cu-
ius caput ponēt aaron ⁊ fi
lij eius man⁹:quē cū macta
ueris:tolles de sanguie ei⁹
et fūdes circa altare:ipsum
aūt arietē secabis in frusta:
lotaqȝ intestina ei⁹ ⁊ pedes
pones sup ↄcisas carnes ⁊
sup caput illi⁹:⁊ offeres to-
tū arietē i incēsū sup altare
Oblātio ē dño odor suauis
simus victime dñi. Tolles
quoqȝ arietē alterū sup cu
ius caput aaron ⁊ filij eius
ponēt man⁹. Quē cuȝ imo
laueris:sūmes de sanguine
ei⁹ et pones sup extremum
auricule dextre aarō ⁊ fili-
oruȝ ei⁹:et sup pollices ma
nus eoꝝ ac pedis dextri:
fundesqȝ sanguinē sup alta
re p circuitū. Cūqȝ tuleri
de sanguie q est sup altare
⁊ de oleo vnctōnis:aspges
aarō ⁊ vestes ei⁹:filios ⁊ ve
stimenta eoꝝ. Cōsecratisqȝ
ipsis ⁊ vestib⁹:tolles adipē
de ariete ⁊ caudā ⁊ aruinā
q̄ opit vitalia:ac reticlm ie-
cori ⁊ duos renes atqȝ adi
pē q sup eos ē:armūqȝ dex
trū eo ꝙ sit aries cōsecratō
nis:tortāqȝ panis vni⁹ cru
stulā ↄspsā oleo:laganū de
cāistro açimoꝝ qȝ posituȝ
ē in ↄspcū dñi:ponesqȝ oia
sup man⁹ aaron ⁊ filioꝝ ei⁹
et scificabis eos:eleuās co
rā dño. Suscipiesqȝ vniuē
sa d māib⁹ eoꝝ:et icēdes sr

mus.nō qꝛ deus delectaret in fumo carniū crematarū
sed in obedia ⁊ fide ⁊ deuotōe offerentiū:⁊ maxime q̄a
tales oblatōes ⁊ victime erāt quedā figure ⁊ ꝑtestatōes
christi imolādi ꝑ salute mūdi. k Tolles quoqȝ ari-
etē alterū. Hic agit de hostia pacifica q̄ offerebat ꝑ gra
tiaꝝ actiōe de bo
no ꝑterito vel ꝑ i
petratiōe boni fu
turi:⁊ vtraqȝ cā
hic ↄcurrebat:q̄a
aaron ⁊ filij eius
debebāt grās agē
deo:ꝙ hoc ꝙ per
ipm̄ ꝑmouebant
ad dignitatē sacer
dotaleȝ:⁊ suppli-
care ut deus darȝ
ipsis grām exercē
di illud officiū di
gne. l Super
cui⁹ caput ⁊c̄. ut
illā victimaȝ deo
totalr̄ darēt:⁊ ut
offerendi hostias
pacificas acciperēt
potestatem.
m Sumes de
sanguine ipsi⁹. in-
tingēdo digitum
n Et po.su.ex.
dex.auri.ad dño
tanduȝ ꝙ debant
hīe aures aptas
ad ꝑcepta dñi:et
etiā obediētes qȝ
designabat per ex
tremū auricle qȝ
est molle ⁊ tener
nō resistens.
o Et sup polli
ces ⁊c̄.] Dicit ra.
sa.ꝙ fiebat super
iūcturā mediam
pollicis:ad denotanō ꝙ debebāt eē ꝑmpti ⁊ expediti in
oblatōe sacrificioꝝ. p Fūdesqȝ ⁊c̄.] Dicit ra.sa.ꝙ fi
ebat tm̄ in duob⁹ locis ↄdictorijs:⁊ sic sanguis respicie
bat ad q̄ttuor ptes altaris:q̄ ꝑficiūt altaris circuitum.
q Cūqȝ tu.de san.q̄ ē su.al.⁊ de oleo vnc.ex q̄bus fie
bat quedā mixtio vñ aspsi sūt sacerdotes ⁊ eoꝝ vestes i
memoriā deuotōis iacob fūdent' oleū sup lapidē:ut hꝫ
Gen.xxviij. Et sanguis imolati in exitu d egypto p quē
fuerūt liberati. r Tolles adipē ⁊c̄.armūqȝ dextruȝ
⁊c̄.]hoc dī ꝑ tāto qꝛ nō legit alias armus dexter crema
t⁹ de hostijs pacificis:ſȝ cedit in ptē sacerdotis. ⁊ sequit
s Ponesqȝ oia su.ma.aa.⁊ fi.eius.qꝛ erāt quedā por
tōes d oblatōib⁹ eoꝝ. t Et sci.eos ele.co.do. In heb⁹
hꝫ:Et vētilabis corā dño. Dicit ra.sa.ꝙ vētilatio fiebat
p talē modū:ꝙ moyses supponebat man⁹ suas manib⁹
aaron ⁊ filioꝝ eius tenentiū ꝑdcā eleuās ꝑmo sursum:
p⁹ea detrahēs deorsū:⁊ deinde deducēs vsus orientē:et
vsus occidentē ad aq̄lonē ⁊ meridiē:ad designanō ꝙ il-
la offerebant deo q̄ dñat celo ⁊ terre:⁊ q̄ttuor ptib⁹ orbis
Pȝ etiā ꝙ ꝑdcā deductio seu vētilatio fiebat i modū cru
cis in q̄ figurabat ꝙ xps futur⁹ erat offerēdus i cruce ꝑ
mūdi salute. v Suscipiesqȝ ⁊c̄.]qꝛ faciebat sacerdo
tis officiū ut ꝑdcm̄ est. x Et incēdes sup altare.erat

eni hostia pacifica:⁊ iō vna ps incēdebat ad honorē di
uinū.alia aūt ps erat ipsius sacerdotis:iō subditur:
Sumes quoqȝ pectusculū.⁊ subdit: a Et cedet in p
tē suā.qꝛ agebat vices sacerdotis. Tertia aūt ps erat of
ferentiū quā comedebāt corā dño:⁊ ista fuit aaron ⁊ fi-
lioꝝ eius in hac
oblatiōe:qꝛ erant
offerentes de qua
pte dicet p⁹:ſȝ ini
ponunt quedam
alia:⁊ ꝑmo d his
q̄ debēt accipe sa-
cerdotes:cum dī:
Sanctificabis et
pectusculuȝ ⁊c̄.et
sequit: b Ce-
dētqȝ in ptē aarō
⁊ filioꝝ eius ⁊c̄.
nō est intelligenō
ꝙ pectusculū hu-
ius hostie ⁊ arm⁹
dexter fuerit Aa-
ron ⁊ filioꝝ eius
qꝛ pectusculuȝ ce-
debat in ptē moy
si:ut dcm̄ est:⁊ ar
mus dexter fuit
cremat⁹ sup alta-
re:ut sir dictū est
sed est intelligenō
ꝙ iste due partes
debebāt cedē in p
tē sacerdotū de sa
crificijs postea fiē
dis a ppl'o.scōo
inponit de succes
siōe ↄsecratōis cū
dī: c Ueste āt
san.q̄ vti.aa. ha.
fi.eius p⁹ eū.qui
.s.succedūt ei i of
ficio sūmi sacerdotis. vñ Nu.xx.dī ꝙ aaron fuit nuda-
tus vestibus suis:⁊ eleaçar filius eius ei succedēs in offi
cio illis fuit indutus. d Ut vngant in ea.i.ad sacer
dotiū ꝑmoueant ⁊ ↄsecrent ſm modū deťminatū hic.
e Arietē aūt ↄsecratōis. Hic inpositis ꝑdictis ponit
tertiā ptē hostie pacifice:q̄ erat offerentiū:⁊ in hoc casu
erat aaron ⁊ filioꝝ eius. f Et co.car.ei⁹ in lo.san.i.
in atrio. g Quibus vescet aaron ⁊ filij eius.qꝛ erāt
offerētes. h In vestibulo tabernaculi. In hebreo hꝫ
In ostio tabernaculi.⁊ in idē reuertit:qꝛ erat i atrio:qȝ
quidē atriū erat ante tabernaculi ostiū. i Comedent
ut sit placabile.sicut in humanis oñdit dñs placat⁹ ali-
cui:qñ admittit ad mensā eius. k Alienigena nō ve
scet ex eis.i.q̄ nō est de filijs aaron. l Oia q̄ precepi
tibi. Hic ostendit q̄lr ↄsecratio sacerdotū sit ↄsūmāda
dicens:Oia q̄ ꝑcepi tibi ⁊c̄. Dicit ra.sa.ꝙ hoc dī ad oñ
dendū ꝙ ꝑdicta erāt de necessitate sacramēti in ordina-
tōe sacerdotū:⁊ ideo si aliq̄d deesset:illa ↄsecratio esset
nulla:⁊ ministeriū illoꝝ esset pollutū. m Septē di.
ↄse.ma.eoꝝ. In hebreo hꝫ:Implebis man⁹ eoꝝ.q̄ qdeȝ
ipletio refert ad ea q̄ ponebant sup man⁹ aaron ⁊ filioꝝ
eius ut vētilarent corā dño:vt ꝑdcm̄ est. n Et vitu
lū ꝑ pctō suo offeres.⁊ sic patet ꝙ duo sacrificia reitera
bant septē diebus ↄtinuis.s.hostia pacifica:⁊ ꝑ peccato
Et idē intelligendū est de hostia holocausti:⁊ de ānexis

altare in holocaustū odo-
rē suauissimū i ↄspectu dñi
qꝛ oblatio eius ē. Sumes
quoqȝ pectusculū de ariete
quo initiat⁹ ē aaron scifica
bisqȝ illud eleuatū corā do
mino:⁊ cēdet i ptē suā. Sā-
ctificabisqȝ ⁊ pectusculum
ↄsecratū ⁊ armū quē d arie
te sepasti quo initiatus ē aa
ron ⁊ filij ei⁹:cēdētqȝ in ptē
aaron ⁊ filioꝝ eius iure p-
petuo a filijs isrl':qꝛ ꝑmitia
sūt ⁊ initia de victimis eoꝝ
pacificis q̄ offerūt domino
Ueste aūt scām q̄ vtet aarō
hēbūt filij eius p⁹ eū ut vn-
gant in ea:⁊ ↄsecrent man⁹
eoꝝ. Septeȝ dieb⁹ vtet illa
q pontifex ꝑ eo fuerit cōsti
tut⁹ de filijs ei⁹:⁊ qui igre
diet tabernaculuȝ testionij
ut ministret in scūario. Ari
etē aūt ↄsecratōis tolles:et
coques carnes ei⁹ in loco sā
cto:q̄b⁹ vescet aaron ⁊ fi
lij eius. Panes quoqȝ qui
sūt i canistro i vestibulo ta-
bernaculi testimonij cōme
dēt:ut sit placabile sacrifici
um:⁊ scificent offerentium
man⁹. Alienigena nō vesce
tur ex eis:qꝛ sci sunt. Qȝ si
remāserit de carnib⁹ ↄsecra
tis siue de panib⁹ vsqȝ ma-
ne:ↄbures reliq̄s igni. Nō
comedent:q̄a scificata sunt
Oia q̄ ꝑcepi tibi facies sup
aaron ⁊ filijs ei⁹. Septē di-
eb⁹ ↄsecrabis man⁹ eorum
et vitulū ꝑ pctō offeres per
singulos dies ad expiandū
Mūdābisqȝ altare cuȝ im
molaueri expiatōis hostia
⁊ vnges illud in scificatiōeȝ
Septem diebus expiab al
tare ⁊ scificabis:et erit san-
ctumsanctoꝝ. Omnis q̄i
tetigerit illud:sanctificabit.
Hōc ē qȝ facies i altari. A-
gnos ānicl'os duos p sigl'os
dies iugit:vnū agnū mane

eisdē. Dicit aūt iosephus:ꝙ oia ꝑdicta circa aaron et filios
eius ac eoꝝ vestes reiterabant septē diebus. o Mūda-
bisqȝ altare. Postq̄ egit de ↄsecratōe sacerdotū:hic ↄñter a
git de exercitio officij ipsoꝝ:⁊ ꝑmo ostendit dcm̄ exercitiuȝ
scōo qȝ ad hoc erat necessariū ante mediū capli sequentis.
Locutusqȝ est dñs ad
moysen. Adhuc ꝑmo
ostendit ꝑdictuȝ exer
citiū i altari holocau
sti:scōo in altari incē
si in ꝑncipio sequent'
ca. Adhuc ꝑmo dscri
bitur ↄsecratio altari
ꝑdicti:scōo q̄d dbeat
sup illud offerri: ibi
Hoc est qȝ facies i al
tari. tertio vtilitas h⁹
sacrificij:ibi Sta ad
hostiū tabernaculi te
stimonij. Circa ꝑmuȝ
dicit sic: o Mun
dabisqȝ altare.cū im-
molaueris expiatiōis
hostiā. Dicit ra.sa.ꝙ
hec hostia ñ erat alia
nisi illa q̄ offerebat ꝑ
pctō aaron ⁊ filioruȝ
eius septē diebus con
secratōis sue post cui⁹
oblationem super al-
tare mundabat ipsuȝ
altare:⁊ postea vnge-
batur vnguēto qȝ de
scribit ca.sequenti.
p Septē dieb⁹ expi
abis.qꝛ hec ↄsecratio
altaris septeȝ diebus
replicabat.
q Et erit scm̄scōꝝ.
equoce:put dī de pte
templi in q̄ erat arca
testamēti:quia de illa pte dicitur tanq̄ ꝑpꝛium nomen ei⁹
ut dcm̄ est supra ca.xxvj. de altari holocausti vero dicit de
noiatiue tm̄ respectu eorum que veniunt in cōmunē vsum
hominū. r Omnis qui tetigerit illud sanctificabit.i.sa
cerdotes ad ministrandū ibidem accedentes debent ꝑus mū
dari ⁊ sanctificari. Ra.sa.dicit ꝙ hic est textus verus: Omē
tangens illud sanctificabit. dictio.n.hebraica q̄ ibidē ponit
est omnis generis ⁊ indifferenter idem significat qȝ omnis
vel omne:⁊ ſm ipsum refert ad ea que offerunt super altare
quia si aliquid esset ineptum ad offerenduȝ super altare:ex
tactu altaris efficeretur aptum:nō tamē intelligit hoc de oī
inepto:sed solūmodo de eo qȝ poterat offerri ſm legem:ſȝ
postq̄ erat adductū vel apportatum ad exedram taberna-
culi:vbi reseruabant offerenda:fiebat ineptum ex tactu ali-
cuius rei immunde:vel aliquo huiusmodi:⁊ tale si poneret
super altare non erat auferendum sed offerendum:quia ex
tactu altaris erat emundatum. s Hoc est qȝ facies in al
tari. Hic ↄsequenter ostendit quid per singulos dies debeat
fieri sup altare.s.iuge sacrificium:cum dicit: t Agnos
āniculos duos.et per hoc intelligunt alie oblatōnes ⁊ sacri
ficia que fiebāt in altari:sed solum exprimit iuge sacrificiuȝ
qȝ erat ꝑncipalius:⁊ offerebat in holocaustum:ut habetur
Nu.xxviij.ca. Dicit aūt agnus anniculus ab octaua die na
tiuitatis sue:añ quam ñ dȝ offerri vsqȝ ad ↄpletōem anni.
v Unū agnū mane.i.añ ortū solis:ut dicit iosephus.

Universidad de Deusto Biblioteca

et alteꝝ vespere: decimā ptē sile ꝯsperse oleo tuso qd̓ habeat mēsurā q̄rtā ptem hin: et vinū ad libandū ei'dē mēsure in agno vno. Alterū vero agnū offeres ad vesperā iuxta ritū matutine oblatōis: iuxta ea q̄ dixim' in odorē suauitatis. Sacrificiū est dn̄o deo oblatōe ppetua in gn̄atiōes vrās: ad ostiū tabernaculi testimonij corā dn̄o: vbi ꝯstituā ut loq̄r ad te. Ibiq3 p̄cipiā filijs isrl': et scificabit altare i glā mea. Scificabo ⁊ tabernaculū testimonij cū altari ⁊ aaron cū filijs suis: ut sacerdotio fungant mihi. Et hitabō in medio filioꝝ isrl' ⁊ eroq3 eis de': et sciēt q̄ ego dn̄s deus eoꝝ q eduxi eos de t̄ra egypti: ut manerē inter illos: ego dn̄s de' ipsoꝝ.

¶ Caplm.XXX.

Faciēs quoq3 altare ad adolendū thymiama de lignis sethim: hn̄s cubitū lōgitudis ⁊ alterū latitudinis.i.quadrangulum: et duos cubitos in altitudine Cornua ex ipso procedent

a Et alterū vespere.i.ante occasū. b ¶ Decimā partem sile.cuius mēsure sit decima ps nō exp̄mit hic: sed est intelligendū q̄ sit decima ps ephi: ut hr̄ Nu.xviij. De quantitate isti' mēsure ⁊ decima eius pte dcm̄ est supra.xxvj.ca.
c Consperse oleo.quia in pistatiōe eius infundebat oleū
d ¶ Tuso.i.trito cū pilo.illud eni oleum erat puri' illo qd̓ terebat in molis: ⁊ ideo in hoc sacrificio qd̓ erat sancti' alijs: eo q̄ figurabat eternitatem agni immaculati iesu christi ſm q̄ dicit Apl'us ad Hebre.xiij. Jesus xp̄s heri ⁊ hodie ipse ⁊ in scl'a. reqrebat oleū tusum. in alijs aūt sacrificijs poterāt vti oleo trito in molis.
e Qd̓ hēat mē.qr.par.hin. ſm papiam est duplex hin: maius qd̓ cōtinet q̄si q̄ttuor q̄rtas parisienses cū dimidia: ⁊ minus qd̓ continet duas q̄rtas. Credo tn̄ melius q̄ q̄titas huius mēsure et aliarū: que ponunt in scriptura sacra est nobis incerta: quia mēsure liq̄doꝝ ⁊ aridoꝝ multū variant ſm loca ⁊ tēpa diuersa. f ¶ Et vinū ad libandū.i.effundendo sup altare. Et notando q̄ sacrificiū p̄prie dr̄ de reb' viuētibus. oblatio aūt de nō viuētib': aridis tn̄: vt de pane ⁊ simila ⁊ h'mōi. Libamē aūt seu libatio de liq̄dis: ut de vino ⁊ oleo. Cū agno vo iug̓ sacrificij offerebat simila ⁊ vinū: ut dcm̄ ē. g Sacrificiū est dn̄o deo ob.ppe. q2 nulla debebat dies intermitti qn istud sacrificiū offeret mane ⁊ vespere. alia aūt sacrificia nō sic ꝯtinuabant. Cōsequent ondit vtilitas sacrificij p̄dicti cū dr̄: h ¶ Ad ostiū tabernaculi ⁊c̄. Ex sacrificijs enī rite celebratis merebant audire diuina rn̄sa. i Ibiq3 p̄cipiā filijs israel. per sūmū sacerdotē eis p̄cepta mea referētes k ¶ Et sanc.al.in glo.mea. et loquit hic de altari holocaustoꝝ sup qd̓ descēdit ignis a deo missus: ut hr̄ Leui.ix.
l Sanctificabo ⁊ taber.tes. q2 inde audiebat diuinū rn̄suz quasi p̄cedēs de p̄piciatorio: qd̓ erat q̄si sedes loquētis dei: ut dcm̄ est supra.xxv.ca. m ¶ Et aaron cū filijs suis. per ꝯsecratōem q̄ lz iam esset descripta: tn̄ nō erat adhuc in execūtiōe posita. n Et habitabo in medio filioꝝ isrl'. p spāles illūinatōes ⁊ ꝯdescēsiōes ⁊ bn̄ficia: ut pz i mltis locis veteris test. o ¶ Eroq3 eis deus. p spālez cultū. p Et sciēt. p experientiā bn̄ficioꝝ. q ¶ Quia ego dn̄s de' eoꝝ. hn̄s spālem curam de regimine ⁊ ꝯseruatōe ipsoꝝ. Cetera patent.

In capitulo.xxix. vbi dicitur in postil. Tolle vitulū de armento ⁊c̄.

¶ Additio

Memoria nō est futuroꝝ sed p̄teritoꝝ. vn̄ cū pctm̄ aaron qn̄ hoc fuit dcm̄ moysi nondū esset ppetratū nec expiatū: incōuenient vr̄ dici: q̄ hic vitulus erat in memoriā expiatōis pcti aaron: p̄sertim ſm eos q̄ aaron excusant a peccato ut infra videbit. vn̄ in istis si figuralem rōem q̄rimus melius videt dicendo: q̄ p̄figurabant mysteria christi q̄ fuit finis totius legis: ⁊ de q̄ oēs p̄phe p̄phauerūt: put etiam hebrei fatent. Unde glo. in hoc loco: Quicunq3 pontifex vel sacerdos taurum dz offerre.i.passionē christi firmiter credere ⁊ imitari. Et duos arietes. ut credat eundē christū ex corpe ⁊ anima ꝯstare. Et panes azimos.i. mundiciā vite ⁊c̄. Item in alia glo. p duos arietes immaculatos christus imolādus p vtroq3 pp'lo designat.

Replica correctoꝝ ꝯ Burgeñ.

In ca.xxix. vbi postillator illū passū: Tolle vitulū de armēto. exposuisset de memoria expiatōis pcti Aaron Burgē. obijcit q2 memoria ē p̄teritorū nō futuroꝝ sed pctm̄ Aaron quando presens passus dicebatur non fuerat preteritū: igit non potuit couenient dici in memoriam expiationis ipsius Sed Burgen. videtur deficere: qa reprobat sensum litteralez postillatoris: ⁊ aliū nō assignat: qui tam p̄mo fundandus est nisi littera absurde sonaret: ut Judi.ix. Jerūt ligna ⁊c̄. quoniam ſm beatum Gre. et alios supra allegatos recurrendū est primo ad sensū aliū: nunc autem in hoc passu per postillatorem ad litteram exposito nihil apparet absurditatis: nisi q̄ Burgeñ. arguit de peccato Aaron nondū preterito. Dic respondeo Burg. ex littera p̄bare non potest peccatū aaron nōdum preteritum. poterat eni p̄tunc esse perpetratum: nam breui tempore fieri non potuit quādo aaron hur occiso metu mortis populo male petēti cessit inaures ⁊ p̄ciosa petijt: ⁊ populus tradidit furnū ⁊ folles ⁊c̄ in arte fusoria necessaria ordinauit ⁊ cetera ad formatōnem vituli ptinentia: ⁊ altaris constructiōem fecit: vide de hoc postil.xxxij.ca. pctm̄ igit aaron diu an adoratione vituli p̄petratū fuit: de quo tn̄ deus moysi non dixit sed eius expiatōem p̄nostice ordinauit dicens: Tolle vitulum de ⁊c̄. in memoriā peccati aaron sic expiandi.

¶ Caplm.XXX.

a Faciesq3 altare. Hic ꝯñter agitur de altari thymiamatis quod erat intra tabernaculum: ⁊ p̄mo agitur de ei' ꝯstructōe: secundo d̓ thymiamatis oblatōne: ibi Et adolebit incensum: p̄mo igitur ostendit materiam dicti altaris cū dicit de lignis sethim. scd̓o formam dicens: Habens cubitum longitudinis ⁊c̄. b ¶ Cornua ex ipso procedent. Dicunt expositores nostri cōmuniter: q̄ in angulis altaris superioribus erant quedam ligna prominentia ad modum cornuum recurua: in quibus pendebat craticula aurea in modum retis facta: in qua ponebantur carbones viui: in quibus succendebat thymiama. Hebrei autem dicunt: q̄ erant quasi quidā pomelli in angulis solummodo ad decorē: nec erat ibi aliqua craticula: sed in patella de altari holocaustorum apportabantur carbones viui vbi sup ponebat thymiama: ⁊ cremabat in eodem instrumēto sup altari posito. Et hoc videtur rationabilius: quia si esset ibi talis craticula ut alij dicunt: p eius foramina caderent cineres ⁊ huiusmodi super altare aureum: ⁊ sic oporteret eū emundari a cineribus de quibus nulla fit mentio in scriptura.

hibet h iiuriā fiendā illi mulieri: 7 hoc ē qd dicitur: Si egressus 7c. 7 seqtur: m Et videris i numero captiuo7 mulierē pulchrā. que freqnt plus allicit hominē ad se q aurum 7 argentum. o ¶ Volueris q3 hře vxorē. ductus concupiscentia illius: licet eēt melius abstinere ab alienigenis mulieribus. p Introduces eam. istud ē pmissio ut dcm ē. q ¶ Que radet cessariē 7c. p ista designat dimissio gētilitatis 7 conuersio ad iudaismū. r Si āt postea nō sederit i aio tuo. sicut frequenter contingit de alienigenis mulieribus: q2 habēt mores dissimiles 7 odibiles viris suis. s ¶ Dimittes eā liberā. absq3 precio ab ea vel eius amicis p dimissione accipiēdo. t Nec vēdere poteris: q2 ex q facta est vxor: non d3 redire ad cōditionē ācilla7. v ¶ Nec opprimere per potentiam. iponēdo ei i domo tua opa seruilia 7 dura. x Si habuerit hō. Hic ɔñter excludit effectus odij respectu prolis. Et primo ponitur propositum. 2° ex dcis cōcludit corrolarium: ibi Si genuerit.

Circa pm' dī: Q2 si filius odiose vxoris eēt pmogenitus pr nō poterat ,ppter odiū ip3 puare iure pmogenitur qd ɔsistebat in duob': q2 pmo genit' erat alijs in honore pponēd': 7 tm accipe de bonis přnis q̃tū duo alij. vnde 7 ioseph q successit pri suo iacob i iure pmogeniture q̃tū ad hereditate3 accepit duplicem ptē: vt dictu3 fuit gen. xlix. ex dictis patz lra. y ¶ Si genuerit hō filiū q2 dcm est q ex odio nō d3 filius a bono sibi debito ipediri. Ex h' correlarie ɔcluditur: q ex amore i ordinato non d3 in malis foueri: s3 magis iudicib' tradi: ut moriat añq ad peiora p insolētias ōducatur: 7 sic mors talis ei proficiebat: in q̃tū ei precludebatur augmentatio malo7 7 alijs q2 p h' dabat eis correctionis exēplū: tñ hoc nō debebat fieri nisi de illis de quib' nō apparebat ,pbabilitas correctionis 7 p3 lra. z Qñ peccauerit. Hic cōsequent excludit effectus odij in psonis nō cōiūctis Et pmo i mortuis: 2° i viuis in pncipio. xxij. ca. Circa pmū sciendu3 q sepelire mortuum ē op' misericordie: 7 iō de ɔdēnatis ad mortē 7 suspēsis in patibulo pcipit hic: q non priuētur sepultura: l3 eo7 vita fuerit odiosa: 7 assignat rō cū dī: 3 ¶ Quia maledictus est a deo qui pē. i ligno. In hebreo hi. Uilificatio dei ē suspēsio. qd expōit Ra. sa. dicens q hō ad imaginē dei fcs est: 7 iō si diu remaneret suspēsus h' qdō dāmō rediret i dehonorationē dei: scdm vo trāslatiōe3 nostrā: maledictio dei h accipit p pena suspēsiōis inflicta a iudicibus qui tenēt locū dei: ut sit sensus: 3 Quia maledict' ē a deo q pēdet i ligno. i. q2 d3 sufficere talis pena a tenētibus locū dei imposita: iō ñ d3 vltra hoc puari sepultura: 7 qd dcm ē hic de sepultura suspēsi: itelligendū ē de sepultura lapidati: vel alio modo cōdēnati ad mortē. ¶ In caplo. xxj. vbi dī i postilla: In hebreo hi: Uilificatio dei ē suspēsio Additio.

In hebreo hi. Maledictio dei ē suspensus: ad qd assignat ab hebreis duplex rō. Una ē ipsi' Ra. sa. quā postillator hic assignat. alia ē qa nullus suspēdebat i ligno apud eos nisi blasphemus et idolatra: 7 iō si diu rēaneret suspēs' daret occasio hominib': ut loqrēt de blasphemia illa uel idolatria. Que

hō vxores duas vna3 dilectā 7 alterā odiosā: genueritq3 ex eis liberos: 7 fuerit filius odiose pmogēit': voluerit q3 sbam inter filios suos diuidere: nō poterit filiu3 dilecte facē pmogenitu3 7 pferre filio odiose: sed filiu3 odiose agnoscet pmogenitū: dabitq3 ei de his q habuerit cūcta duplicia. Ista ē enim pncipiū libero7 ei' 7 huic debent pmogenita Si genuerit hō filiū ɔtumacē 7 ,pteruū q ñ audierit patris ac matris iperiū: 7 cohercit' obedire cōtēpserit: apphēdent eū 7 ducēt ad seniores ciuitatis illius ad portam iudicij: dicētq3 ad eos: Fili' nr iste ,pteru' 7 cōtumax ē: monita nra audire cōtēnit: cōmessatōibus uacat 7 luxurie atq3 cōuiuijs: lapidibus eū obruet ppls ciuitatis: 7 morieř ut auferetis malū de medio vři: et vniuersus isrl' audiēs pertimescat. Qñ peccauerit hō

qdē pctā erāt aboīabilia q nolebat de' q noiarēř: iuxta illō apli ad eph. v. c. Fornicatio āt 7 ois imūdicia nec noietur i nobis 7c. ¶ Caplm. XXII.

Non uidebis bouē. Postq moyses ordiauit irascibilē respectu psōe ɔiūcte: hic ɔñter eā ordiat rspectu nō cōiūcte. Et diuidiř in duas ptes. s. i ptē pncipalē 7 iicidentalē: 2ª ibi Nō arabis Adhuc p' ordinat irascibilē respectu pñtis 2° respectu futuri: ibi Cu3 edificaueris. Adhuc p' ordinat eā respectu creature rationalis: ibi Si ābulās. Circa primū sciēdu3 q ad ordiationē ptis irascibilis ptiet: si hō sbtrahat auxiliū proximo: q2 hoc videt ,pcedere ex odio: 7 iportat signū crudelitatis 7 defectū pietatis: 7 iō ,phibetur hic cū dī: a Non uidebis bouē fris 7c. 7 preteribis ac si nō videš nullu3 remediū apponēdo: 7 idē itelligiř de reb' alijs que sūt i periclo amissionis: vñ sequitur: b ¶ Silr facies de asino 7c. fris tui. 7 noie fris hic intelligitur iudeus vel ,pxim' 7 q2 ñ solū apponendū ē remediū i aiali errāte: sed ēt i aiali sb onere lapso uel iacente iō sbdiř: c Si videris asinū fris tui 7c. Dicit āt hic Rabi sa. q sacerdos in cāu nō debebat iuuar ad

qd morte plectēdu3 ē: 7 ad iudicatus morti appensus fuerit in patibulo: nō pmanebit cadauer eius i ligno: sed i eadē die sepelieř: quia maledictus a deo ē q pendet in ligno: 7 neqq3 cōtaminabis terrā tuā quā dominus deus tuus dederit tibi i possessionē. ¶ XXII

Non uidebis bouē fris tui aut ouē errātē: 7 pteribis: sed reduces fri tuo ēt si nō ē ,ppinqu' fr tuus nec nosti eū duces i domū tuā 7 erūt apud te q3diu qrat ea frat tuus 7 recipiat. Similit facies de asino 7 d vestiméto 7 de oi re fratris tui q perierit: si inueneris eam ne negligas quasi alienam Si uideris asinum fris tui aut bouem cecidisse in via: nō despicies: sed subleuab cū eo. Nō iduēř mulier ueste uirili: nec uir uteř ueste feminea. Aboīabilis enim apud deū ē q fac hoc. Si ābulās p uiā i arbore vl in

leuandū on': vt si aial eēt lapsū i loco sepultuř vbi sūt ossa mortuo7: q2 ex hoc cōtamiaret: sed hoc ñ h3 locū in noua lege: vbi cessāt iste ceremonie: 7 q2 sic ad iordiationē irascibilis ptinet sbtrahere fratri auxiliū: ita ēt ptinet ad eā psūptuose tēdē ad aliqd sibi idebitū: iō sbdiř: d ¶ Nō iducetur mulier veste uirili. Qd exponūt doctores aliq: 7 bñ vt credo: q hoc itelligitur de armis quibus viri vtūř. vñ in heb. hi: Nō erit vas uiri sup mulierē. 7 accipit alibi i scriptura vas ,p armatura. vnde p' reg. xx. dī de ionatha: q tradidit puero arma sua. In hebreo hi: Uasa sua. ,phibet āt hic q mulier nō portet arma uiri: tū q2 idecēs mulieri 7 presūptuosū: tū q2 ,ptūc erat supstitiosū: q2 gētiles mulieres i sacris martis portabāt arma viri: 7 i sacris veneris viri portabāt ornamēta mulie7 7 instra ea7: vtpote colū fusū 7 similia: iō sbdiř: e Aboiabilis. n. apd deū ē q hoc fac. Aboīnatio .n. i sacra scriptura cōiter accipit p idolatria: seu ,p aliq ad idolatriā ptinēte. Si āt lra pdca itelligat de ueste cōi: ,phibet h tal' usus: vel poti' abusus: q2 ē occasio libidis: q2 mulier i veste virili posset licēti' cū hoib' luxuriā exercere: 7 similit vir i veste mulieris: q2 liberi' posset loca secreta mulierū igredi. f ¶ Si ābulās. Hic ordinatur irascibil' respectu

Universidad de Deusto Biblioteca

terra nidū auis iueneris et matrē pullis uel ouis desu per incubātē:nō tenebis eā cū filijs:sed abire patieris captos tenens filios:ut be ne sit tibi ꝛ longo viuas tē pore. Cū₃ edificaueris do mum nouā:facies murum tecti per circuitū ne effūda tur sāguis i domo tua ꝛ sis reus labēte alio ꝛ i precep ruente. Nō serēs vinea₃ tu am altero semie:nē ꝛ semē tis quā seuisti ēt q̄ nascunt ex uinea pariter sāctificent Nōn arabis i boue siml' et asino. Nōn idueris uestimē to qd ex lana linoq₃ conte xtū ē. Funiculos i fimbrijs

irrationalis creature:per hoc.n.ꝙ lex iducit ad ea q̄ speciē pietatis hn̄t:ꝛ retrahit ab his que hn̄t spēm crudelitat cir ca irrōnabilia: multofortiꝰ ad talia iducit hoies circa rōna lē creaturā.ad quādā āt crudelitatē vī ptinēꝙ auicula capi atur siml' ꝛ detineat cū pullis suis:ꝛ ad pietatē ꝙ dimittat abire:iō ad hoc iduc lex ꝛ p₃ lr̄a. g Cū₃ edificaueris. Hic or dinat irascibilē rspe ctu futuri:sicut enim ad pietatē ptiet nō sb trahere auxiliū fri in necessitate pn̄ti sic ad eam pertinet pcauere piculo eius futuro:et maxie piculo persōe: ꝛ iō pcipit h:ꝙ in cir cuitu tecti domꝰ fiat murus ad pcauendū piculo casus hoibus desup ābulātibꝰ.i ter ra eni pmissionis te cta domoꝝ erāt pla na:ꝛ ibi couenicbant hoies cā recreatōis ꝛ collocutōis:ꝛ ideo ni si ibi fieret qddam re tinaculū imineret pi culū.2ᵒ d₃ hō precauē piculo pximi rspectu sbstātie.ꝛ q̄tū ad hᵒ sbdit: h Nō seres vineā tuā altero semie:vtpote i vinea seminādo triticū vel hordeū vel huiusmodi. i Ne et semētquā seuisti.i. fru ctꝰ pueniēs ex grano semiato. k Et que nascūt ex vi ea. .s.racemi. l Pariter scificēt.reddēdo ide primitias ꝛ de cimas dn̄o. Fructꝰ n. pueiēs ex semie pdc̄o citiꝰ maturescit ꝛ colligit ꝙ fructꝰ vinee:ꝛ iō i collectōe bladi si darēt ide p mitie ꝛ decie:crederēt aliq̄ ꝙ hᵒ debēt suffice p pmitijs ꝛ de cimis totiꝰ agri:ꝛ sic dānificarent sacerdotes:ꝛ leuite q̄tum ad pmitias ꝛ dcias fructuū vinee:scd₃ āt heb.h ē textꝰ:Nō seres mixti ne polluat plēitudo semis qd semiasti:ꝛ puentꝰ vinee.ꝛ vocat h plēitudo semis qn̄ granū ē ppe maturitatē eiꝰ:ꝛ exponit lr̄a ista sic. Fructꝰ.n.vinee de nouo plātate trᵒ ānis pmis scd̄m legē reputat imūdꝰ:vt hꝫ leui.xix.de arbo ribꝰ plātatis:ꝛ idē ē de vinea:ꝛ sic de illo n̄ poīat fieri obla tio dn̄o:fructꝰ āt grani semiati eodē āno reputat mūdꝰ. Si igit i vinea de nouo plātata semiaret bladū fructus inde p ueniēs tāgēs fructū vinee imūdū:silr pollueret ex tactu rei imūde:ꝛ sic de illo nō posset fieri oblatōes dn̄o:vtpote pri mitie ꝛ decie:ꝛ sic dānificarent sacerdotes ꝛ leuite. Rō āt q̄ re hebrei h dicūt pollutionē:vbi trāslatio nr̄a hꝫ scificatōꝫ ē:qꝛ dictio hebraica q̄ h pōit equoca ē:ꝛ iport t vtranq₃ si gnificationē put vario mō pūctat:ꝛ tn̄ pūcta nō sūt de sb stātia lr̄e:sꝫ variāt modū pnūciādi ꝛ significādi sic variꝰ ac cētus apd latios variat pnūciationē ꝛ ēt significationem. m Nō arabis. Hec ē ps icidētalis:i q̄ ponūt duo icidētia ex pdc̄is. Primū ē qꝛ supra iducēdo ad pietatē circa irrōna bilia:posuerat tn̄ exēplū de auibus:posset aliqs dicē:ꝙ nō eēt itelligēdū de aialibꝰ:iō de ipis pōit exemplum dicens: m Nō arabis i boue sil' ꝛ asino.bos.n.ē fortior asino :et habet maiorē passū:ꝛ iō asinꝰ nimis grauāret:si cū eo i ope copularet. Aliq̄ tn̄ dicūt ꝙ h ē pabolica locutio:p quā itel ligit ꝙ sapiēs ꝛ fatuꝰ i ope pdicatōis nō sūt siml' ꝯbinandi. scd₃ icidēs ē qꝛ.s. dixerat:ꝙ mulier non d₃ vti ueste virili: vel ecōuerso:iō h tractat de decētia vestimētoꝝ apd iude

facies p quattuor angulos pallij tui q̄ opiris. Si duxe rit vir vxorē:ꝛ postea odio hūerit eā:q̄sieritq₃ occasio nes qbus dimittat eā:obij ciēs ei nomē pessimū et di xerit:vxorē hāc accepi ꝛ i gressus ad ea₃ non inueni virginē:tollēt eā pat et mat eius:et ferēt secū signa vgi nitatis eius ad seniores vr bis qui in porta sūt:ꝛ dicet pater: Filiā meā dedi huic vxorē:qua₃ qꝛ odit iponit ei nomē pessimu₃ ut dicat: nō inueni filiā tuā virgine₃ ꝛ ecce hec sunt signa virgi nitatis filie mee. Expāndēt vestimētū corā senioribus

os:pᵒ ondendo q̄d sit cauēdū cū dr̄: o Nō iduers ve stimēto ꝛc. qd exponit iosephꝰ dicēs: ꝙ hoc fuit phi bitū pp sacerdotij dignitatē:qꝛ i vestibꝰ sūmi sacerdot eratꝰ talis cōmixtio texture:ꝛ iō n̄ erat licita alijs vestis sic cōtexta. Aliq̄ āt doctores dicūt:ꝙ hoc fuit ibibitu₃ ad euitādū quan dā silitudinē ido latraꝝ:q̄ colebāt militiā celi:ꝛ ad designādū ꝯiūcti ones plāetarū in sacris suis talibꝰ varijs ꝯmixtioni bus vtebāt i vesti bꝰ suis ꝛ rebꝰ alijs 2ᵒ ondit q̄d sit in vestibꝰ iudeoꝝ obseruādū cū di cit. p Funicu los i fimbrijs faci es ꝛc.ꝛ istud ē ex positum .s. Nūi .ij.c. q Si du xerit vir. Postq̄ ordiauit hoiem i pte irascibili: hic ꝯnter ordiat eu₃ i pte ꝯcupiscibili: Et pmo repmen do adulteriu₃:se cūdo stuprū: ibi Si inuenerit vir puellā.ttio icestū:ibi Nō accipiet. Circa pᵐ sciendu₃ ꝙ mulier pōt accusari de adulterio duplr. Uno mō post q̄ ducta ē i vxorē. Alio mō ante:tn̄ post affidationē de quo agit scd̄o:ibi Si puellā vgine₃ dspōsauerit vir. Ad huc circa pmū sciēdū:ꝙ post ꝯtū matrionium mulier duplr pōt de adulterio accusari. vno mō qꝛ a viro nō iuenta est vgo:ꝛ de hoc agit pmo. alio mō qꝛ l₃ sit iuen ta vgo:postea tn̄ adulterata ē:de q̄ agitur scd̄o : ibi Si dormierit vir. Circa pmū dr̄ sic: q Si du. vir vxorē ꝛ postea odio habuerit eā. qd pōt eē iuste:ꝛ tūc mulier ē puniēda. vel iiuste:ꝛ tūc vir ē pūiendꝰ:ut dclarabitur postea. r Obijciēs ei no.pes.s.eā ꝯmisisse adulteriū n̄ post eius acceptionē in vxorē: sed post affidationē:et sic ē ibi fractio date fidei:ꝛ p ꝯn̄s adulteriū:inq̄tū tale peccatū accidit ei pꝰ matrimoniu₃ pdc̄o mō inchoatū. s Ferēt secū signa vginitatis eiꝰ.q̄ aūt sint illa postea dicetur: t Ad seniores vrbis.i.ad iudices. x Ex pandētq₃ vesti.cora se.ciui. Dicūt expositores catholici cōiter:ꝙ pater ꝛ mater sponse reseruabant lintheum i quo eorum filia a viro suo fuerat deflorata sub sigillo auctētico:ut per hoc onderēt signa virgitatis: si vir eiꝰ vellet postea ei obijcere maliciose:ꝙ eā vginē nō iuenis sent:sed hoc vī valde turpe:ꝙ pānus talis expanderet corā iudicibus.preterea non est verisile:ꝙ vir eiꝰ audēt eā falso accusare:cū sciret pentes vxoris hr̄e testimoniū pdcm̄ sue vgitat:qꝛ erat ꝯsuetudo cōis sic fuare pānū scd̄₃ istā opionē:ꝛ iō alr exponūt hebrei dicētes ꝙ h est locutio pabolica cū dr̄: v Expandētq₃ vestimētum ꝛc.i.per vba testiū declābūt ꝛ explicabūt vgitatem filie sue:sic explicat pānus:sic Exo.xxij.de fure nocturno ē locutio metaphorica cum dr̄: Si orto sole id fecerit ꝛc.sicut ibidē fuit expositū. Modus āt testificandi vgi nitatē poīat eē per matronas fidedignas :que ad petiti onē parentū vidisset vginē secrete qn̄ debuit tradi viro

ciuitatis:apprehēdētq₃ se nes vrbis illius virū ꝛ vbe rabūt illū:cōdēnantes isu per centū siclis argenti q̄s dabit patri puelle: qm̄ dif famauit nomē pessimū sup virginē isrl:hēbitq₃ eā vxo rē ꝛ nō poterit dimittē om nibꝰ diebꝰ vite sue. Quod si uerum est quod obijcit: ꝛ non ē i puella iuenta vir ginitas: eijciēt eā extra fo res domꝰ patris sui:ēt lapi dibus obruent viri ciuitat illius ꝛ moriet qm̄ fecit ne phas i isrl ut fornicaretur i domo patris sui:ꝛ auferes malū de medio tui. Si dor mierit vir cū vxore alterius vterq₃ moriet.i. adulter et adultera:ꝛ auferes malum de isrl. Si puellā virginem despōderit vir ꝛ iuenerit eā aliqs in ciuitate ꝛ cōcubue rit cū ea:educes utrūq₃ ad portā ciuitatis illius:ꝛ lapi dibus obruent:puella qꝛ n̄ clamauit cū eēt in ciuitate: vir qꝛ humiliauit vxorē p ximi sui:ꝛ auferes malū de medio tui. Sin āt in agro reperit vir puellā q̄ despō sata ē:ꝛ apphendēs concu buerit cū ea:ipse moriet so lus:puella nihil patiet nec

scriptura i pluribus locis hꝫ talē modum loq̄ndi meta phoricū:sic hꝫ iudic.ix.c. Ierūt ligna ut vngerēt sup se regē ꝛc. ꝛ i luribꝰ alijs locis. x Apphēdētq₃ senes vrbis viꝝ illū.si cōuictꝰ fuerit d falsa accusatōe. y Et verberabūt illū.i.faciēt corā se vberari:ista tn̄ verbera tio nō d₃ excedere xl.ictū:vt hꝫ ifra xxv.ca. Ex hᵒ eti am pat₃ ꝙ vir et vxor nō semp iu dicabāt ad paria ēt i fidelitate tho ri:qꝛ vir deficiēs i pbatōne ipositi cris n̄ pūiebatur scd₃ legē talionis .s.morte sic vxor silr vir poīat hr̄e pl'es vxores:ꝛ nō econuerso : ꝛ vir poterat repudiare vxorē ꝛ nō econ uerso. z Qd si veꝝ ē qd obie cit.s.eā fuisse co gnitā pꝰ affidatō nē. a Eijcient eā extra fores do mus pr̄is sui. in verecūdia paren tū:q̄ i domo sua nutierūt tātū ma lū. b Et lapi dibus obruēt. ex q̄ p₃ ꝙ nō accusa bat de fractōe vir ginitatis ante af fidationē viro:qꝛ tale pctm̄ nō pui tur morte:vt i fi ne hᵒ ca. ꝛ Exo. xxij. c Si dor mierit vir. Hic a git de adulterio pꝰ ꝯtum matrio niu₃ perpetrato: qd pūitur morte adulteri ꝛ adulte re. d Si puel lā. Hic agit d fra ctione virginita tis iposita puelle pꝰ affidationē viri:que tn̄ erat an̄ cōsumationē matrio nij:ꝛ sic iste cāus differt a precedēti i q̄ vir ipōebat vxo ri iā ducte culpā eā non eē vginē iuentā ab eo i cōsuma tōe matrionij:ꝛ si hoc accidat i ciuitate:ubi puella per clamorē poīat adiutoriū hr̄e:ꝛ tacuit uterq₃ debet mo ri.s.puella ꝛ vir qui cōcubuit cū ea.si aūt extra ciuitatē vbi nō poterat hr̄e adiutoriū p clamorē:solus vir de bet mori:qꝛ lex iterptat scm̄ i ptem meliorē.s.ꝙ puella clamauerit:ꝛ cognita fuerit p violētiā:ꝛ ex hoc hꝫ ar gumētū:ꝙ dubia sint i meliorē ptē iterptāda. e Si iuenerit vir. Hic repmitur ꝯcupiscibilis q̄tū ad stupꝝ qꝛ agit de puella deflorata ab aliq̄ anq̄ eēt alicui affi data:ꝛ de tali determiat lex:ꝙ vir eā deflorās deb₃ da re patri puelle.l.siclos argenti p iiuria sibi fcā: qꝛ puel

est rea mortis:quoniam sic latro cōsurgit ꝯ fratrē suu₃ ꝛ occidit aiam eiꝰ:ita ꝛ pu ella ppessa ē. Sola erat in agro clamauit:ꝛ nullus af fuit q liberaret eā. Si inuē nerit vir puellā vgine₃ que nō hꝫ sponsū ꝛ apphendēs cōcubuerit cū illa:ꝛ res ad iudiciu₃ venerit: dabit qui dormiuit cu₃ ea patri puel le qnquaginta siclos argē ti:ꝛ hēbit eā vxorē:qꝛ hūili auit illa₃. Non poīt dimit tere eā cunctis diebus vite sue. Nō accipiet hō vxorē pr̄is sui:nec reuelabit ope rimētū eius.

XXIII

Non itrābit eunuchꝰ at tritis uel āputatis testi culis ꝛ absciso veretro ec clesiā dn̄i. Nō ingredietur māçer hoc ē de scorto natꝰ in ecclesiā dn̄i vsq₃ ad deci mā generationē. Ammōi tes ꝛ moabites ēt post deci ma₃ generationē n̄ itrabūt ecclesiā dn̄i in eternum: qa noluerūt vobis occurrere cū pane ꝛ aq̄ i via qn̄ egres si estī d egypto:ꝛ qꝛ ꝯduxe rūt ꝯ te balaā filiū beor de mesopotamia syrie vt ma ledicēt tibi:ꝛ noluit dn̄s de us tuꝰ audire balaā :vtitq₃

la erat in eius tutela:ꝛ cū hoc tenet eā accipere vxorē:si pat puelle voluerit sibi dare:nec postea poīt eā repudiare. S₃ si pater puelle dare noluerit:qꝛ est potētior vel nobilior seu alia ratōe:nihilominus vir ille tenebat dare patri puelle p dictos.l.siclos:vt hꝫ exo.xxij.ꝛ si nō posset soluere tenebat ad equiualentia₃ ser uire:seu per aliā uiā satisfacere. f Nō accipiet. Hic refrenat cōcupiscibilis q̄tū ad icestū:ut nullus acci piat in vxorē nouer cā suā qꝛ hoc reuertit i verecūdiā patris cū vir ꝛ vxor sit vna ca ro:ꝛ iō vxor patris n̄ d₃ esse subiecta filio: cū igitur vxor sit sub iecta uiro scd₃ matri monij legē:contra re uerentiam filij ad pa trem qua₃ debet ei d iure nāli est:ꝙ accipi at nouercā suā i vxo rē:ꝛ iō.ij.reg.xvi.dicit ꝙ absolon sedauit pa tre suū dauid igredi endo ad cōcubias eiꝰ: ppter qd in detestati tionem huius crimis precipiuntur interfici vir ꝛ mulier d tli cri mine cōuicti: Leuiti xx.ca.

Cap. XXIII

n Non intrabit eunuchꝰ. Pꝰ q̄ declarata sūt ea q̄ ptinēt ad or dinatione₃ partis ira scibilis ꝛ concupisci bilis :hic consequent ponuntur ea que per tinent ad ordinatōe₃ partis rationalis : et primo attendēdo ad bonum cōe: scd̄o ad bonum singularis p sone:ibi Non trades seruum. Prima i du as scd̄m quod bonu₃ cōe est attendendum tpe pacis :ꝛ tempore belli:scd̄a ibi Quādo egressus fueris aduersus hostes. Cir ca primum sciendum ꝙ bonum cōe maxime pacis tēpore ex tribus conseruatur. Primum est si bona ꝛ honesta ꝯnu bia coniungantur quia per hoc bona proles pcreatur:scd₃ ē si persone imūde a diuinis elōgent:tertiū si persone viles ꝛ defectuose ad honores ꝛ regimē populi non admittātur: et scd̄m hoc littera ista tripliciter exponitur : pmo modo sic :dicūt eni hebrei ꝙ p igressū i eccl'ia dei a q̄ repellūt hic alique persone ꝛ gētes:ꝛ aliq̄ ad semp:ꝛ aliq̄ ad tps:itelligi tur contractus matrimonij cum muliere israelitica: a quo impediuntur impotentes ad generandum:qꝛ nō est ibi bo nū prolis :ꝛ patiētes defectū natalium ppter vilitatē origi nis. Ammonite ꝛ moabite repellūtur ad sēp ppter pctm̄ ꝯ populum israel cōmissum : et egyptij et idumei ad tempus

maledictionē ei⁹ i bn̄dictionē tuā eo ꝙ diligēt te. Nō facies cū eis pacē: nec qras eis bona cūctis dieb⁹ uite tue i sempiternū. Nō abominaberis idumeū: qr frat tu⁹ ē: nec egyptiū qr aduēa fuisti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis tria generatione intrabūt i ecclesiā domini. Qn̄ egressus fueris aduersus hostes tuos i pugnā custodies te ab oī re mala. Si fuerit int vos hō q nocturno pollutus sit somno egredietur extra castra: ꝛ ñ reuertet priusq ad vesperꝫ lauet aq: ꝛ post solis occasū regrediet in castra. Habebis locū extra castra ad quē egrediaris ad requisita nāe: gerēs paxillū in baltheo. Cūq sederis fodies p circuitū ꝛ egesta humo opies q releuatus es: Dn̄s eni dn̄s tuus ābulat in medio castrorꝫ ut eruat te ꝛ tradat tibi inimicos tuos: vt sint castra tua scā: ꝛ nihil i eis appareat feditatis: ne derelinqt te. Nōn trades seruū dn̄o suo qui ad te cōfugēit. Habitabit tecū i loco qui ei placuerit: ꝛ i vna vrbiū tuarꝫ requiescet ne contristes eū. Nō erit meretrix de filiabus israel: nec scortator de filijs isrl. Nō offēs

.s. usq ad tertiā generationē: qr sic dic Ra. sa ñ peccauerūt ita grauit ꝯ pplm isrl: sic āmonite ꝛ moabite: qr fecerūt eis psecutionē corporalē: vtpote egyptij pplm laborib⁹ affligēdo: ꝛ pueros i flumie demergēdo: ut hr Exo. j. idumei vō i gladio filijs isrl occurrēdo. Nū. xx. Sed āmōite ꝛ moabite psecuti sūt eos spū aliter cōducendo balaā ad maledicēdum eis. ō cōsilio filij isrl iducti sūt ad luxuriā ꝛ idolatriā. Assignat ēt alia ratio i lrā. s. ꝙ idumei descēderūt ō esau: q fuit fr iacob a q descēderūt israelite ꝛ sic israelite ꝛ idūei: erāt qodāmō fratres ꝛ hoc ē qd dr: Quia fr tuus est. silr egyptij receperūt filios isrl i trā sua tpe fāis: et fuerūt ibi cōseruati sub puidētia ioseph: ꝛ h⁹ ē qd dr: Aduena fuisti i terra eius: ꝛ ideo idumei ꝛ egyptij citi⁹ admittebāt ad ꝯhendū matrimoniū: ꝛ secūdū hāc sniam patꝫ littera hoc excepto: b Quia nolu. vobis occur. cū pane et aq. Quia vī ꝯrium ei qd. s. dcm̄ ē. ū. c. ꝙ lꝫ moabite nō cōcessissent eis trāsitū p trā suā: tn̄ i cōfinio tre sue portauerūt eis alimēta venalia. Ad h⁹ rn̄dēt hebrei: ꝙ viri nō portauerunt talia remanētes i ciuitatib⁹ armati ad custodiā tre: sꝫ mulieres tm̄: ꝛ pp hoc viri fuerūt repulsi a matrimonio p dco: nō āt mulieres: vn̄ ꝛ ruth moabitis fuit vxor viri israelite: ꝛ iō dr h āmonites ꝛ moabites ꝛc. que sūt noia masculini generis ꝛ ñ feminini: 2° mō expōit ab aliqb⁹ doctoribus catholicis: ꝙ p igressū ecclie dei: a q psone supradcē excludūt: itelligit igressus atrij: i q hoies mūdi orabāt i hierlꝫ p pe tēplū: a cui⁹ igressu arcebāt psone pdce tāꝙ imūde rationib⁹ pdcis ꝛc. Exponāt sic pus. 3° mō expōit ab aliqb⁹ doctoribus nr̄is: ꝛ rōabilr⁹: vt vr. Dicūt āt ꝙ lex diuia nullꝫ excludit ēt extraneū a cultu dei: ꝛ ab his q ptinēt ad aie salutē: vn̄ dr Exo. xij. Siqs pegrinorꝫ i uestrā voluerit transire coloniā: ꝛ facē phase dn̄i: circūcidet prius oē masculinū eius: ꝛ tūc rite celebrabit: eritq sic idigena terre. sꝫ i tpalib⁹ qtū ad ea q ptinebāt ad regimē ppli p psōas eminētes: vtpote magistrat⁹ ꝛ iudices tribunos: cēturiōes: ꝛ cōsiles: nō oēs admittebāt: sꝫ excludebāt eunuchi: qr cū essēt ipotētes ad generādū: honor prn⁹ q cōsistit i regimie ppli eos ñ decebat. vn̄ ꝛ antiqt⁹ iudices ꝛ gubernatores ppli vocabāt pres cōscripti. Silr excludebāt patiētes defectū nataliū: qr ppt vilitatē sue origis nō decebat eos stat⁹ tāti honoris: nec populus sbiect⁹ pacifice toleraret: ppt qd tal pmotio eēt turbationis occasio: vn̄ ꝛ i ecclesia tales ab ordib⁹ ꝛ dignitatibus repellūt: silr alienigene a regimie ppli merito repellebātur: qr ñ ē tm̄ cōfidēdū in eis sic i idigēis. Oportet āt habē magnā cōfidētiā de illis qbus cōmittit regimen ppli: qr oꝫ ꝙ sciāt secreta ꝛ infirma ppli. Aliq tn̄ excludebāt ad semp Et aliq ad tps pdictis rōib⁹. et scdm istū itellectū satis patet lrā cōsideratis cū hoc supradictis. c Qn̄ egressus. h ꝯnter ordinatur rōalis attēdēdo ad bonū cōe tpe belli: qd qdē bonū consistit pmo i mūdicia spūali: 2° qr qn̄ munde

seruiebāt deo dabatur eis victoria: ꝛ iō dr h: c Qn̄ egressus fu. ꝛc. custodies te ab oī re mala. i. ab oī peccato ne veniat super te diuia offensio: ꝛ cadas corā inimicis tuis gladio: 2° requiritur mundicia corporalis: iō sbditur: d Si fuerit ꝛc. pollutus sit somno. in somno enim non est imūdicia spūalis licet possit esse in vigilia precedēti: vel sbseqnti: tam ibi semper est immundicia corporalis quam cōcomittatur depressio mentis iō subdit: e Egrediet extra castra. s. deitatis ꝛ leuitarꝫ q erant ex medio exercitus: nō tam oportebat egredi castra cōis populi: prout dictū fuit in simili Nūeri. v. ca. Et idem intelligendū ō alijs imundicijs q qndam irregularitatem faciunt ut dictum fuit ibidem: sed pōitur h ista imundicia p exēplo: quia frequenter accidit. Qr autem sbdit: f Habebis locū extra castra ꝛc. intelligitur etiam de castris populi: quia si tales immundicie fierent itra castra populi corrumperetur aer ex fetore: ꝛ sequeret infirmitas ꝛ mortalitas in populo. Item quia arca cuꝫ sacerdotibus ꝛ leuitis erat in castris: non erat decens ꝙ talis fetor esset ibi: ꝛ hoc est quod subditur: g Dominus enim deus tuus ambulat in medio castrorum. quia ibi erat per specialem cultum sacerdotum ꝛ leuitarum: q tenebantur exire cum pplo ad exercitum licet non omnes: sed aliqui eorum. h Non trades seruum. Hic consequenter ordinatur pars rationalis attendēdo ad bonum singularis persone. Et diuiditur in tres partes scdm tria que sunt de dictamine rationis: sed ut legalitas seruetur ad omnes: pietas ad pauperes: ꝛ seueritas ad rebelles: scda incipit ibi Cum repetes a proximo tuo: circa medium. xxiiij. ca. tertia in pncipio. xxv. ca. Adhuc pma in duas: scdm ꝙ legalitas duo respicit. s. opatōes ꝛ pūitōes. 2ª icipit. xxiiij. c. ibi Si dephēsus. pma i duas scdꝫ duo ad que ordiat legal opatio. s. ad vitam politicā ꝛ dōesticā. 2ª ibi i pncipio. xxiiij. ca. Adhuc pª i duas scdꝫ duo q respicit vita politica. s. vrbanitatē et fidelitatē: 2ª ibi Cū votū voueris ꝛc. Circa pm sciēdū ꝙ hō viuit vrbane ꝛ ꝯuenienter: primo qn̄ cōpatienter se habet ad afflictum: ꝛ qtum ad hoc dicitur: b Nō trades seruū dn̄o suo ꝛc. ꝛ itelligitur qn̄ qritur a dn̄o ad occidēdū seu mutilādū seu aliter idebite affligēdū: iō sbdit: i Habitabit tecū ꝛc. s. quusq descat ira dn̄i sui: ꝛ tūc reddēd⁹ ē ei cū sit res dn̄i sui: sic ꝛ alie res sūt restituēde. 2° qn̄ ad seipm hꝫ se munde ꝛ decenter: ꝛ h⁹ notatur cum dicitur: Nō erit meretrix de filiabus isrl ꝛc. itio qn̄ ad deū se hꝫ reuerēt: ꝛ qtū ad hoc sbditur: k Nō offeres mercedē pstibuli. qr ē qd vile: ꝛ pp h⁹ vocatur turpe lucrū: ꝛ iō talia offerre dn̄o maxime in

mercedē pstibuli: nec pciū cāis i domo dn̄i dei tui qcqd illud est qd vouerit: qa aboīatio ē utrūq apd dn̄ꝫ deū tuū. Nōn fenerab fratri tuo ad vsurā pecuniam nec fruges nec quālibet aliam rem: sed alieno. Fratri autem tuo absq usura: id quo indiget cōmodabis: ut bn̄dicat tibi dn̄s deus tuus in oī opere tuo i tra ad quā igredieris possidendā Cū vōtū voueris dn̄o dō tuo: nō tardab reddere: qa reqret illud dn̄s deus tuus ꝛ si moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. Si nōlueris polliceri: absq peccato eris. Qd āt seml egressū ē de labijs tuis obseruabis: ꝛ facies sicut pmisisti dn̄o deo tuo: ꝛ propria voluntate ꝛ ore tuo locutus es

Ingressus vineā pximi tui comede vuas quātum tibi placuerit: foras autē ne efferas tecum. Si intraueris segetes amici tui: franges spicas ꝛ manu conteres: falce autē non metes.

XXIIII

Si acceperit hō vxorē et habuerit eam ꝛ nō inuenerit gratiam añ oculos eius propter aliquam feditatem: scribet libellum repudij: ꝛ dabit in manu illius: ꝛ dimittet eam de domo sua. Cūq egressa alterum maritum duxerit: et ille quoq oderit eam: dederitq ei libellum repudij ꝛ dimiserit de domo sua vel certe mortuus fuerit nō poterit prior maritus recipere eam in vxorem: quia polluta est ꝛ abomiabilis facta corā dn̄o: nec peccar

publico pertinet ad dei irreuerētiā: pōt tn̄ de hoc fieri elemosyna. a Nec preciū cāis. Dicit āt Josephus ꝙ hoc itelligit de pcio qd accipiebāt ab illis: qui locabāt canes venaticos ꝛ custodes ouiū ad ipregnationē canicularū: qd phibet offerri: eo ꝙ erat turpe lucrū: sicut ō meretricio dictū est. Alij aūt exponūt de pmogēito cāis: qr pmogenita aialiū imūdorū iter q ē cāis: ñ poterāt offerri: redimebātur tn̄ qn q sidis: vt hētur Numeri. xviij. et dabātur sacerdoti: sꝫ p pmogēito cāis nō dabāt pp vilitatē h⁹ aialis: ita ꝙ hic excipit redēptio pmigēiti canis a redemptōe aliorꝫ. qd aūt fiebat de pmogēito cāis ñ redēpto h nō exprimit: vi tn̄ pbabile ꝙ iterficiebāt: sicut ō pmogēito asini dr Exo. xiij. qn̄ non redimebāt. 4° qn̄ nō ad pximū se habet liberalr: ꝛ qtū ad hoc sbditur: b Nō fenerabis fratri tuo ad vsurā ꝛc. sꝫ alialieō. istud est pmissio non liciti: sed minus mali ad euitādū maius: scilicet ne fratres suos iudeos grauarēt usuris. c Cū votū voueris. Hic ꝯnter ordinatur rationalis in uita politica put respicit fidelitatē: q pmo ꝛ pncipaliter habenda est ad deū: ꝛ hoc nōtur cū dr: c Cū voueris domino deo tuo ꝛc. ad fidelitatē āt hois ad deū requiritur ꝙ adimpleat quod ei promisit: sed qr votū nō est de bono necessario ad salutē: sed de bono supererogationis: sbditur: d Si nolueris polliceri absq peccato eris. quia non tenetur ad illud bonum nisi ratione voti. scdo habenda est fidelitas ad proximum: ideo sbditur: e Ingressus vineam proximi tui ꝛc. quod intelligitur de eo qui ingreditur vineam aut segetem proximi sui ad operandū: vt dicit Ra. sa. ꝛ ideo ei conceditur de fructibus comedere: nō tn̄ ad domū suam portare: qr hoc eēt infideliter agere: scdm expositores nostros itelligitur etiam de alijs: qr intentio legis erat inducere hebreos ad amicabilem cōicationē rerum suarum ad inuicem: ꝛ iō lex cōcessit i talibus esū: ꝛ phibuit excessū. s. deportationē extra: qr hoc ad infidelitatem ꝛ cupiditatem pertinet.

Caplm. XXIIII.

a Si accepit hō. Hic ordiatur rationalis in vita domestica: que maxime cōsistit i cohitatione viri cū vxore: ꝛ qr ꝯriorꝫ eadem est disciplina ideo primo agitur de separatōe viri ab vxore: 2° de cohabitatione: ibi cuꝫ acceperit homo. 3° ō necessarie supellectilis pacifica possessione: ibi Non accipies. Circa pm sciendū ꝙ in ve. le. plures erant cause propter quas

homo poterat dimittere vxorem: saluator āt vnā solā ponit. s. fornicationem Matth. v. lꝫ eni hic odium dicat causa dimissionis: verūtamē qr vxor non hr odio nisi propter aliquā cām aliā: ideo reducenda est talis dimissio in aliam cām vlteriorem que potest eē multiplex: ideo dixerunt aliq ꝙ cause propter quas poterat dimitti vxor erāt feditates i corpore: puta ifirmitas vel aliq macula notabil i corpore vel i aia: sic fornicatio oculta: vel aliqd huiusmodi qd in moribus deformitatē facit: et hoc est qd dr i lra: b Propter aliquā feditatē. s. in corpore vl i moribus. In hebreo aūt hr: Propter rē turpē ꝛ eodē mō pōt intelligi. Alij āt restringūt has cās satis probabiliter dicentes ꝙ nō poterat vir repudiare vxorem: nisi propter aliquam cām p⁹ matrimonium superuenientem: nec etiam ppter quālibet talē: sꝫ ppter illas solas que possunt bonū prolis impedire: vel i corpore ut sterilitas: lepra: morbus caducus: ꝛ similia: vel i anima: vt si vxor cēt malorum morꝫ quos filij ꝛ filie ex conuersatione cum matre imitarentur. c Scribet libellum repudij. licet repudiatio ñ esset iniuncta: sed tantū permissa: conscriptio tamen libelli repudiantibus erat iniūcta: ad hoc ut mulier libere posset alteri nubere si vellet. vnde dicit Josephus: ꝙ forma libelli talis erat: promitto tibi ꝙ nunꝙ tecum conueniam. Alij autem dicunt ꝙ in libello erat scripta causa repudij. sed hoc non videtur rationabiliter dcm̄: quia aliquando causa erat occulta: utpote fornicatio soli marito nota: ꝛ ideo si hanc cām vel ꝯsilem in libello scriberet: eam diffamaret publicando peccatum ocultū ppterea i lra dr: ꝙ iste libell⁹ i māu mlieris rpudiate dabat: ꝛ iō nō est verisile ꝙ ibi aliqd expresse ꝯtineret qd cēt i diffamationē mulieris. Sed magis hoc pceptū de libelli datione vr fuisse datū i fauorem mulieris repudiate. Nā dabat ad hoc ut posset alri nubē: vt dcm̄ ē: ꝛ ne marit⁹ posset eaꝫ iuolūtariā ad se reuocare: ꝛ sic eēt min⁹ pn⁹ ad repudiādū ipaꝫ a pn⁹. d Nec peccare facias trā tuā. i. hitāte) i tra tua qr si mulier bis repudiata: iterꝫ nubēt alri: uel marito pori: pp pcedētia tāꝙ aboiabilis posset ō facili a marito inficī. Ad maiorē itellectū eorꝫ q dcā sunt: h qrit vtrꝫ repudiatio vxoris eēt licita i veti lege. dōm ꝙ sic i cāu fornicatōis: ꝛ in h⁹ conueniunt oēs: loqndo saltē de repudio qtū ad thorū. In alijs ēt casibus dicūt aliq ꝙ erat licita ex dispēsatōe leg sicut hīe plures vxores: sic. n. vnitas vxoris ē de dictamine nāe: sic ꝛ insepabilitas: ꝛ ideo sicut illō fuit licitū: qr abraaꝫ ꝛ iacob non peccauerunt: nec etiam dauid qui post legē habuit plures vxores: sic nec repudiātes peccabāt. Itē lex vet⁹ ali non conferebat gratiam: tn̄ pctm̄ ondebat iccm omnes

doctores:si ign̄ repudiū cēt illicitū oñsū fuisset p legē:qđ ñ fuit factū:q magl cōcedit vt vī h cum dī: Scribet libellū cē. aut per ꝓphas:qđ nō vī ēt:q Mal'.2° dī: Si odio habueris eā dimitte eā. Itē dic Chrysostomus:q sic apli pmisserūt scđas nuptias:sic moyses libellū repudij:scđe ät nuptie sūt licite:ḡ cē. ¶ Ez hō vī eē ō dcm saluator Matth.c.xix.s.q libellus repudij concessus ē a moyse pp duriciā cordis eoꝝ:talia nō excusāt a peccato q ñ vidēt ꝓcessa nisi ad euitādū mai' malū:sic ēt dcm est cap' ꝓcedēti. Non trades frī tuo ad usurā: sed alieno: tradē tñ alieno nunq̄ fuit licitum:vt oēs doctores catholici dicūt:z ēt phs dic q ē ō nāz.v.ethoꝝ:z ió dōz q nūq̄ tale ꝑpudiū fuit licitū:qđ fuit cōcessū uel potiꝰ pmissū ad euitādū maiꝰ malū.s.vxoricidiū:z hoc nō facit licitū:sic pmissio fornicatōis ad euitādū adulteriū nō facit eā licitā. ¶ Ad pᵐ dōz:q ñ ē sile: q: vnitas vxoris i veri lege fuit ūmissa pp maiꝰ bonū.s.pp mltiplicationē,pl'ad cultū diuinū:q tūc multiplicāda erat p generatōz carnalē: z tal' ī missio ē scā z licita:ſz pmittē malū aliq̄ pp maiꝰ malū vitādū:ñ facit illō licitū:vt dōz ē. Ad 2ᵐ dōz:q aliqđ eē illicitū qđ tñ lege pmittit:oñdit duplr:vno mō p,pphām a spūsco loq̄ntē:z hoc mō vsurā eē licitā ēt cū extraneo dauid,pphā oñdit dicēs:Dñe qs hitabit i tabernaculo tē.sequtur : Qui pecuniā suā nō dedit ad vsurā.absolute loq̄ndo z nullū excipiēdo:qz indefinita iuris equipollet vlī. vñ i li.machtoc. q̄ apud iudeos ē auctēticꝰ:vbi expōit psalmꝰ pdcꝰ sup illud vbū: Qui pecūiā suā nō dedit ad usurā:dic glo.ēt gētilli.

Allio mō oñdit illicitū p cōez obseruatōez bonoꝝ: qz ꝓsuetudo ē optia iterꝑs leg'.z dī cōsuetudo bonꝰ vsus:ñ ät abusus:z sic oñsū ē repudiū illicitū:qz nullꝰ eoꝝ q̄ pmēdatur i scriptura legit hoc fecisse:nisi de mādato uel ictu diuīo: sic de mādato dei abzaā emīsit agar:qz deꝰ pōt mrimonia cōiūgere z dissoluē,put sibi placet. Ad ttiū dōz q ꝛctus se cūdaꝝ nuptiaꝝ ipoꝑe vel large vocat pmissio:inq̄tū cōsiliū qđ dat de miori bono:tioze ne maius bonū male cōseruet vocat pmissio:z sic apls cōsuluit uel pmisit large loq̄ndo iuniores viduas nubē.j.thimo.v.z hoc ē respectu liciti nō sic ät pmissio miorꝰ mali ad vitādū maiꝰ:vt dcm est

o Lū accepit. Hic agit de viri z vxorꝭ cohitatōe i nouitate matrimonij ꝛcti:qz tūc pmittebāt sīl cohitare z letari vt amoz adiuicē magl firmaret:ió dī: e ¶ Nō ꝓcedet ad bellū.cui' cā supꝰ ē exꝑssa.xx.ca. f Nec.n.q̄piā necessitatis iūget publice. Dicit Ra.sa.q hoc ē itelligēdū tm̄ ō ptinētib' ad bellū. vñ i hebreo hī: Nec iponet ei aliud.s.de ptinētibus ad bellū:ita q referē ad lram imediate ꝓcedētē: q̄a sic ñ ōbebat bellare:vt dcm ē.ō.xx.c. Sic nec victualia pōtare exercitui:vel vias ꝓpare:vt exercit' posset trāsire : vel alia ad bellū ptinētia. Illis ät q̄ plātauerāt vineas de nouo z domos edificauerāt:z vxores desponsauerāt:ſz nōdū accepant:ista bn̄ iūgebāt:ſz ei de ꝓgressu belli ꝓcrēt: g ¶ Nō accipies. Hic ꝓñt agit ō necessaria suppellectili i domestica vita seu hitatōe. Lū.n.nō pōt habitare i domo vir z vxor absq̄ suppellectili ad cibū ꝓpandū:z ió h,phibet:ne creditor accipiat talia ꝑ pignore cū dī: g Nō accipies i loco pignoris iferioꝛē z supioꝛē molā:qz vtraq̄ ē necessaria ad terēdū bladū:vñ fit pāis uel alia ad vitā necessaria z idē itelligēdū ē de alijs vtēsilib' necessarijs ad ꝓpādū cibū:vt dic Ra.sa.ſz istō solū ponaꝰ exēplo. h ¶ Si despōsus fuerit. Postq̄ actū ē ō legalitate fuāda i opatōnib': hic ꝓñter agit de eius obseruatōe i punitōib' z hoc in duobus grauibus casibus Et ꝓmo describitur pūitio ab homie iferēda:2° punitio a deo timēda: ibi Obserua diligenī. Circa ꝓmū sciēdū q bō i ter creaturas iferiores ē nobilioꝛ: qz ad imaginem dei scs:z ió ꝑ furto hois ipōit maioꝛ pēa.s.pēa mōtis:z hoc ē quod dī: b Si desponsus fuerit homo.idest conuictus i iudicio. i ¶ Solicitans fratrem suum.idest solicite insidians vt eū posit furari. k Et vendito eo accepit ꝑciū iterficietur: Ex quo patet q si deprehenderetur fur anteq̄ hoiem furto sublatum vendidisset:non puniebatur pena mortis:sed alia minoꝛi scđz arbitrium iudicis:sic Exo.xxij. dī de illo q̄ furatus fuerat,ouem uel bouem z occderat vel vendiderat:q debebat reddere quattuoꝛ oues pro vna:z quinq̄ boues pro vno. Si autem iueniebat animal viuens apud eum anteq̄ vendidisset vel occidisset non restituebat nisi duplū:sicut z de alijs rebꝰ. l ¶ Et auferes malum de medio tui.s.malum culpe per bonū iusticie. m Obserua diligenter. Hic describitur punitio a deo timēda pro peccato ad rebelliōis supioꝛes: z maxie sacerdotes:ꝑ qua a deo inflicta est aliquando plaga lepre:vt patet i ocia rege iuda.q̄.paralipo .xxvj: z hoc est quod dī: m ¶ Obserua diligēter ne icurras plagas lepre.ꝓpter rebellionem ad superioꝛes:z ideo ſbditur: n Sed facies quecūq̄ docuerit te sacerdos tē. In hebreo hī: Obserueris i plaga lepre.qđ exponit Ra.sa.dicēs: Caue ne celes plagā lepre i te vel i alio n ¶ Sed facies quecūq̄ docuerit te tē.idest si dixerint te uel alium ejciendum de castris : sicut leprosum vel recludendum ad diligentius considerandum :vel iudicauerint immundum:obedias eis:prima tamen expositio videtur magis concordare littere scq̄nti. o Memento que fecerit dominus deus vester marie i via. quam percussit plaga lepre ꝓpter eius rebellionē cōtra moysen:ut hī Numeri.xij. ac si dicatur:memores debetis esse huius facti:ne ꝓpter peccatum rebellionis plaga lepre inferatur vobis:quia in hoc dominus non pepercit marie:licet esse sācta z prophetissa:vt habet Exo.xv. p ¶ Cum repetes. Post ordiatiōez rationalis in legalitate ad omnes:hic ordinatur i pierate ad pauperes. Et primo in pignoꝛibus accipiendis:scđo in mercedibus reddendis:ibi Non negabis mercedem. tertio in iudicijs non peruertendis':ibi Nō occidēt. quarto i elemosynis faciēdis:ibi Q̄n messueris segetē. Circa ꝑmū dicit: p Lū repetes a,pxio tuo rē aliquā quā debet tibi:nō ingredieris

domū eius ut pignus auferas: Sed stabis foris z ille tibi ꝓferet qđ habuerit. Si āūt paup est ñ pnoctabit apud te pign'. Sed statim reddes ei añ solis occasū:ut dormiēs i uestimēto suo bñdicat tibi:z hēas iusticiā coram dño deo tuo. Non negabis mercedē indigētis z paupe

ris frīs tui siue aduene q te cū moratur i trā z itra portas tuas ē:sed eadē die reddes ei ꝑciū laboris sui añ solis occasū:qz paup est:et ex eo sustētat aniaz suā: nē clamet ad te ad dñm z reputetur tibi i peccatū. Nō occidēt patres ꝑ filijs nec filij ꝑ ꝓb': ſz unꝰ qsq̄ ꝑ pcto

mulieres dandas fugitiuis de prelio:quia potuissent rebus suas vxores:potuisset etiam reparari illa tribus per filios si remānsisset:nec tñ iuenit q̄ dñs ꝓcepit puulos iterfici. Itē ibidē caplo.xxj.dī:q vndecim tribus ꝓdēte miserunt viros ad iterficiēdū viros iabes galaath cū mulieribus z puulis exceptis mulieribus q̄ viros non cognouerāt:nec legit q dñs hoc ꝓceperit nec scriptura sām eoꝝ rep̄hendit. Item sām̄ tura ciuilis nō reproꝛbata aliq̄n ꝑ crimine lese maiestatis iterfici unt ſbditi ꝑ peccatis dñoꝝ:z filij ꝑ peccatis parentū:ppter qđ vī q i aliq̄bus casibus possunt filij etiaz innocētes ꝑ peccatis parentum iterfici : et absq̄ spāli mādato dei:z ió dicūt alij q occisio pōt duplr cōsiderari:vno modo ut est pena tñ:z sic hz rōem mali:cū sit ꝑuatio bōi.s.vite:qđ ē maximū bonū iter corporalia z sic nullus occidit iuste,ꝑ peccō alterī':qz peccm ē qđ personale: pēa ät vt hz rōnem pene ꝑcipit tm̄ cū culpā uel peccatum:et ió nō trāsfert ad aliā psonā:sicut nec culpa actualis ō quā ē sermo. alio mō consideratur occisio iq̄tum est quedā medicia:qz morte aliquoꝝ multi ōterrentur:z a peccatis cohibentur:z sic nō hz rōem mali simplr:sed tm̄ scām qđ: sic z potio amara iq̄tum iducit sanitatē :vel abscisio membri putridi ut saluet corꝑ nō hz rōem mali nisi scām qđ:ſz hz rōnē boni simplr.vlteriꝰ dicūt z vez ē q bona exteriora ordinatur ad vitā corporalē:z vita corporalis ad salutez aie z ad dei gloriā:z bonū pticulare ad bonū cōe. Ex quo concludūt q sic rōabilr ordinat detrimētū i rebꝰ exteriorib⁹ ad salutē corporalis vite:ut patet i eo qui p̄cit merces in mari:vt per hoc possit i vita saluari:ita rōabilr ordinat ō trimētū vite corporalis ad salutē aie z glorią dei:z detrimētū boni pticularis ad bonū cōe:z ió qñ occurrit casus in q̄ ꝓpter peccatū alicuius occisio ipsius z ēt alioꝝ ſz sint innocētes cedit ad salutē aiaꝝ z ad cōe bonū:pōt rōabilr ordinari per iudiciū humanū:vt si per destructionem vnī' domꝰ melioret tota ciuitas:z per destructionē vnius ciuitatis totū regnū:vtpote qñ ꝓpter enormitatē crimis cedētis in detrimētū salutis aiaꝝ vel honoris diuini:vel cōis boni:iſligitur pena sic dura paucis respectiue:z multi ꝑ hoc terrent z ab enormibus ꝑ que posset trāquillitas ciuitatis vl regni ꝓturbari arcent:z sic bonū cōe per detrimētū boni pticularis cōseruat:talis tm̄ occisio innocentum iq̄tum ē pena refertur ad peccātes qui i hoc puniūt:inq̄tum filij sui vel amici seu ſbditi occidūt: inq̄tum tm̄ est medicia refert ad illos q̄ occiduntur:qz ualet eis ad salutē aie si patiēter sustineāt ordinē iusticie ꝓpter bonū cōe. Est etiā medicia respectu alioꝝ q̄ p hoc deterrent:z a malis cohercēt:vt ꝓdcm est. Sic igit scđz istā viā qđ dī h:Nō occidēt tē.intelligēdū ē inq̄tuz occisio hz rōez pene ñ ät iq̄tū hz rōez medicie mō ꝓdcō:ſz qñ occisio innocētis ē directe ꝓceptū ō calogi:q̄ dī: Nō occides.sic dcm fuit Exo.xx.qđ q̄dez ꝓceptū est idispēsabile: saltē ꝑ hominem:ideo difficile videtur qualiter innocēs posſit ꝑ hominē de morte cōdēnari:cuiusq̄ etiā sit auctoritatis:sed auctoritate dei z mādato pōt fieri:quia nullus in ꝑsenti vita q̄tum ad hoc est ei innocens:sed oēs sūt debitōes mortis:ideo potest hoc debitum qñ z quo vult exigere: ió qui vult tenere opinionē aliā q̄ mitioꝛ vī:potest ō facili respondere ad scrip.uras inductas pro alia opinione: licet

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

enī nō habeat expresse de textu: ꝙ dñs pcepit filios Achoꝛ cū ipō īterfici: tñ credēdū ē ꝙ iosue i q̄ erat spūssanct' nihil fecit in hoc nisi de mādato dñi. Pōt ēt hoc hñi ex textu alī q̄ mō: vbi dr̄ a dño: Nō poris stare corā hostib' tuis: donec deleat ex te q̄ cōtaminatus ē hoc scelere. deletio āt hoīs ipoꝛtat morte eius cū sua posteritate: qꝛ q̄diu viuunt filij: remanet in eis pr̄ defūct' quodāmō: vt hr̄ scdo de aia: ꝛ Eccī. xxx. dicit: Mortu' ē pr̄ ei': ꝛ q̄si nō ē mortuus: reliq̄t eni filiū simile sibi Silr dōꝫ de iterfectione puuloꝝ beniami qꝛ cū a decē tribubus q̄rerēt cōsiliū dñi: rñdit Ascēdite: cras. n. tradā eos i manus vestras. Judic. xx. ꝛ iō cū pcesserūt ad bellū de cōsilio ꝛ mandato dñi: nō est visile ꝙ excesserint cōsiliū ꝛ mādatū eius: ꝛ ꝙ dñs mādauerit oēs iterfici cuiuscūqꝫ etatis lꝫ nō sit scriptū: qꝛ nō oīa q̄ deus dixit fuerunt scripta: ꝛ eodē mō dōm est de iterfectoē paruuloꝝ i iabes galaath. Ad illud qd̄ iducit de iure ciuili pōt dici ꝙ leges humane multa pmittūt et ēt statuūt: que per diuinū iudiciū sūt punienda: qꝛ ratio humana non est infallibilis regula: sed aliq̄n d ficit deducēdo cōclusiōes ex pncipijs operabiliū: leges autē humane sūt tales conclusiones put a principibus sūt cōstitute: licet scdm veritatē nō habeat rōnem legis q̄n deuiant a veritatate. Ad rōem āt alterius opionis pōt dici: ꝙ ppiare talē medicinā que ē p mortē inocētis nō ptiet nisi ad supmū medicū: q̄ est dñs vite ꝛ mortis. g Nō puertes iudiciū. Hic ordiat rōal' q̄tum ad pietatē i iudicijs magis i particulari: videlicet vt nō puertat iudiciū aduene ꝛ pupilli: qꝛ i hoc cōmittit duplex peccatū. s. iusticie subuersio et paupeꝝ depressio: ꝛ qꝛ pupillus ꝛ vidua frequēter sil' iūgunt i sacra scriptura: iō ꝯñt agit d pietate ad viduā cū dr̄: h ¶ Nec auferes pignoris loco vidue vestimētū. dc̄ꝫ ē eni. s. ꝙ vestimtū necessariū de die nō erat retinēdū de die ab ipō creditoꝛ sed solū per noctē: nec vestimētū necessariū d nocte debebat retieri per noctē: sed solū i die: vidue āt pro illo tpe hēbāt uestimēta disticta: per q̄ distiguebāt ab alijs mulieribus: et iō tale uestimētū paupibus viduis erat necessariū d die ad icedēdū: ꝛ de nocte ad se cooperiendū: ꝛ iō rōabilr precipit ꝙ nō accipiat loco pignoris: qꝛ nō debebat retinere a creditore nec d die nec de nocte. i Memento ꝙ seruieris. q. d. ex hoc tu debes scire te eē obligatū ad obediēdū mandatis meis. k ¶ Qñ messueris. Hic ordiat rōalis i pietate erga paupes i elemosynis cōferēdis: q̄bus titulo elemosyne d fructibus colligēdis erat ps aliqua reliq̄nda ꝛ pꝫ lr̄a In ca. xxiiij. vbi dr̄ i postilla: Circa primū sciēdū ꝙ in ve. le. ꝛc̄. ¶ Additio pria.

Sentētia saluatoris d cā legitia repudij ē verissima put litera testat. nā vbi nos hēm' Propt aliquā feditatē: in heb. hr̄ pp aliquā turpitudinē qd̄ q̄dē dc̄ꝫ ib eadē forma poīt. s. leui. xviij. vbi d adulterinis ꝛ icestuosis coitib' agit. Ex q̄ pꝫ ꝙ nullo modo licebat repudiare vxorē: nisi ppter huiusmodi turpitudieꝫ q̄ fornicationē icludit. Thalmudici vero q̄ pharisaicaꝫ doctrinā sectātes sepe irritabāt mādata dei ppter traditiones suas: ut Matth. xv. In tñ deuiauerūt a vitate i hoc loco: ꝙ scdm cōeꝫ falsā eoꝝ doctrinā p solo libitu volūtatis vir

suo morietur. Non peruertes iudiciū aduene ꝛ pupilli: nec auferes pignoris loco vidue vestimētū. Memento ꝙ seruieris in egypto ꝛ eruerit te dñs deus tuus inde. Jccirco pcipio tibi vt facias hāc rē. Quādo messueris segetem in agro tuo ꝛ oblit' māipulū reliq̄ris: ñ reuerteris ut tollas illū: sed aduenā ꝛ pupillū ꝛ viduā auferre patieris: ut benedicat tibi dñs deus tuus i oi ope manuuꝫ tuaꝝ. Si fruges collegeris oliuaꝝ: q̄cq̄d remāserit i arborib' nō reuerteris ut colligas: sed relinq̄s aduene pupillo ac vidue. Si vindemiaueri vineā tuā: ñ colliges remanētes racemos: sꝫ cedēt i vsus aduene pupilli ac vidue. Memēto ꝙ ꝛ tu seruieris i egypto: ꝛ iccirco precipio tibi ut facias hanc rem.

posset repudiare vxorem: ꝛ sic inoleuit vsus vel abusus pnitiosus vsqꝫ ad hodiernum diem inter eos: qd̄ constat manifeste esse contra diuinam legem. Nec obstat quod dr̄ malach. ij. c. Si odio habueris eaꝫ dimitte eā Nam hoc est itelligendū de odio causato scdm formaꝫ mosayce legis i psenti caplo contētā. Ipse eni malachias i fine sue pphetie concludit: Memēto legem moysi. In eodē. c. xxiiij. vbi dr̄ i postilla: Ad ma maiorem intellectū eoruꝫ que dicta sunt.

¶ Additio scda

Circa questioneꝫ h motaꝫ p postillatorem. s. an rpudiatō vxoris esset illicita in ve. le. sūt due opiniones pncipales: quarum illam tenet que cōis tenet. s. ꝙ rpudiū nūq̄ fuit licitū: sꝫ pmissū ad euitādū mai' malū. s. vxoricidiū: q̄ q̄dē pmissio ñ fac licitū sic tradere ad vsurā nūq̄ fuit licitū: etiā alieō cū sit ꝯ naturā: scdꝫ phm in. v. ethicoꝝ. Licet fuerit permissum ad euitādū maius malum: scilicet ne fenerarentur fratribus. Sed est alia opio quam q̄dem tenent. s. ꝙ repudiatio vxoris fuit licita in ve. le. ex permissione diuina. Que quideꝫ opio scda: lꝫ non sit cōiter tenenda: videtur tamen saluo semper meliori iudicio magis consona littere ꝛ rationi: qd̄ patet pmo sic: Nam lex vetus q̄uis gratiam non conferret: tamen ad hoc data erat: vt peccatuꝫ ostēderet: scdm apl'm ad Ro. vij. cap. Peccatum nō cognoui nisi per legem. Si igitur repudiare vxorem semp fuisset peccatum: hoc saltem per legem aut prophetas ostēdi dbuisset. vnde Isa. lviij. Annuncia populo meo peccata eoꝝ. Si enim aliqua que necessaria sunt ad salutē nūq̄ eis nūciata fuissent: excusabiles fuissent iuxta illō saluatoris Johannis. xv. ca. Si ego ñ venissē: ꝛ eis locutus ñ fuisseꝫ: peccatum non haberent. sed cōstat ꝙ repudiationē vxorum fuisse peccatum nunq̄ eis fuit per legem nec pphas idicatum ꝛc̄. Si autem contra hoc dicatur ꝙ repudiationē vxoris eē illicitā hr̄ de iure naturali: eo ꝙ isepabilitas m̄rimonij ē de iure nāe: put postillator itēdit pbare sup Math. xix. Et iō ñ fuit opus vt denūciaret p legē ꝛ pphas: Juxta illud apl'i. j. ad corrith. xj. c. Nonne nā docet vos. hoc nō vr̄ valē. nam ea q̄ sūt de lege nāe plenarie tradūt i lege ꝛ euāgelio: ꝛ sic expōit illud qd̄ dr̄ i decretis. d. j. Qr ius nāle ē: qd̄ in lege ꝛ euāgelio cōtiet: put scs Tho. i pma scde. q. xciiij arti. iiij. i rñsione ad pmū argm expōit: sed repudiatōeꝫ vxoris eē illicitā: ñ tradit i lege: sꝫ poti' oppositū vt in pñti caplo. Silr nec i euāgelio: sꝫ poti' oppositū. Nam Matth. xix. dr̄: Quicūqꝫ dimiserit vxoreꝫ suā nisi ob fornicationē: ꝛ aliā duxerit mechat. Ex q̄ plāe itelligit a ꝯrio sēsu ꝙ q̄ dimiserit vxorē suā ex cā fornicatōis et aliā duxēit ñ mechat. ex q̄b' pꝫ ꝙ isepabilitas m̄rimōij ñ ē d iur nāe i lege ꝛ euangelio ꝯtēto d q̄ tñ. s. Matth. xix. c. deo duce amplius videbitur: vbi postillator de hoc large tractat. Item illud ꝙ deus in lege sua non solum expresse mandat fieri: sed etiam dat modum ꝛ

